


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [1] - -

PUBLIC DOMAIN


Leibn.-Marg. 56


Mit hs. Notizen v. Leibniz.

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archive 1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

IO. GEORGII ECCARDI,
HISTORIARVM IN ACAD. IVLIA PROF.
PVBL. ET ORDIN.

HISTORIA STVDII ETYMOLOGICI LINGVÆ GERMANICÆ HACTENVS IMPENSI;

VBI SCRIPTORES PLERIQVE RECENSENTVR ET DIIVDICANTVR, QVI IN ORIGINES ET ANTIQVITATES LINGVÆ TEVTONICÆ, SAXONICÆ, BELGICÆ, DANICÆ, SVECICÆ, NORWEGICÆ ET ISLANDICÆ, VETERIS ITEM CELTICÆ, GOTHICÆ, FRANCICÆ ATQVE ANGLO-SAXONICÆ INQVISIVERVNT,


AVT LIBROS STVDIVM NOSTRÆ LINGVÆ CRITICVM PROMOVENTES ALIOS EDIDERVNT,

ACCEDVNT ET QVÆDAM DE LINGVA VENEDORVM IN GERMANIA HABITANTIVM,


TANDEMQVE PROPRIVM DE LEXICO LINGVÆ GERMANICÆ ETYMOLOGICO COMPONENDO CONSILIVM APERITVR.

HANOVERÆ,
APVD NICOLAVM FOERSTERVM,
M DCC XI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [6] - -
PUBLIC DOMAIN



DEM
DVRCHLAVCHTIGSTEN
FVRSTEN VND
HERRN,
HERRN GEORG
LVDEWIGEN,
DES HEIL. ROEM.
REICHS ERTZ-SCHATZ-
MEISTERN VND CHVR-
FVRSTEN, HERTZOGEN
ZV BRAVNSCHWEIG
VND LVNEBVRG,
&c. &c.

MEINEM GNAEDIGSTEN
CHVRFVRSTEN
VND HERRN.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [7] - -

PUBLIC DOMAIN

DVRCHLAVCHTIGSTER
CHVRFÜRST,
GNAEDIGSTER CHVR-
FÜRST VND HERR,&c.

GEgenwærtiges Werck-
lein zu Ew. Chur-Fürſt-
lichen Durchlauchtigkeit
Füſſen unterthænigſt nie-
der

der zu legen, hætte mich nicht unterwinden dürffen, wann mir nicht Deroſelben beſondere Gnade, womit Sie allen denen zugethan zu ſeyn pflegen, welche etwas dienlichs zu ſtifften ſich bemühen, von langer Zeit her bekandt geweſen wære. In dem groſſen Wercke, worüber ich bey Neben-Stunden beſchæfftiget bin und davon dieſes ein kleiner Vortrab iſt, werde ich den Vhrſprung und das

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [9] - 5
PUBLIC DOMAIN

Alterthum unſrer Teutſchen Sprache aus allerley alten Monumenten unterſuchen und erklæren, dabey alle ſchweren und heutiges Tages meiſtens unverſtændliche Worte, ſo in den Geſetzen, Lehn-und andern Rechten, auch allen übrigen in Archiven ſonderlich liegenden verjahrten Schrifften vorkommen, erklæren, und über dieſes eine groſſe Menge von allerley Hiſtoriſchen Unterſuchungen

gen

gen zugleich mit berühren. Da ich nun versichert bin, daſs dieſes mein Vorhaben, zum wenigſten meiner Intention nach, dem Vaterlande zum Beſten und einigen Nutzen eingerichtet ſey; So lebe der ungezweiffelten Hoffnung, es werden Ew. Chur-Fürſtliche Durchlauchtigkeit daſſelbe Dero hohen Gutheiſſung, und mich der mir zu meinem Unternehmen ſo nöthigen Prote-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [11] - 7
PUBLIC DOMAIN

ction zu würdigen gnædigſt geruhen, der ich nebſt Anwünſchung aller Hohen Chur-Fürſtlichen Erſprieslichkeiten in tiefſter Ergebenheit verharre

Ew. Chur-Fürſtlichen Durchlauchtigkeit

Helmſtæt
den 1. Aug. 1711.

unterthænigſter Knecht

Io. Georg. Eccard.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [12] - 8
PUBLIC DOMAIN

LECTORI BENEVOLO.

S. P.

QVemadmodum illi, quibus vaſtum pelagus ingredi conſtitutum eſt, antequam è portu ſolvant, depictum in tabula mundum curioſis oculis uſurpant, ſuæque navigationis curſum animo ſolicito volvunt; ita etiam ego rerum veterum oceano me commiſſurus originesque & divitias linguæ Germanicæ expiſcaturus, ſedulus inveſtigavi, inſpexi atque expendi eos omnes, quorum ductu vel etiam adjumento optatum me conſequi poſſe portum putavi. Teſtis erit, quem Tibi jam, Lector Benevole, offero, libellus, in quo ordine temporis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

utcunque obſervato plerosque recenſui Autores, qui Etymologo Germanico utiles eſſe poterunt. Quod ſi quorundam omiſi mentionem, ignoſces tot aliis jam negotiis diſtricto: ſi alicubi lapſus ſum, errare humanum eſſe cogitabis & meliora docebis diſcendi cupidiſſimum. Prius autem quam ipſum Lexicon Etymologicum lucem videbit, exſpectandum à me habes Librum *de Diis Veterum Germanorum*, atque alium *Hiſtoriam Poëtarum Germanicorum* ab ultima antiquitate usque ad finem ſeculi decimi quinti continentem. Interim vale & ſtudiis meis fave.

SYL-

SYLLABVS CAPITVM.

Cap I. De origine ſtudii Etymologici apud Germanos. 16

Cap. II. De iis, qui linguam Germanicam cum aliis lingvis comparârunt. 22

Cap. III. De Hermanno Comite Nuenario. 36

Cap. IV. De iis, qui nomina Germanorum propria expoſuerunt. 37

Cap. V. De B. Rhenano & J. Aventino itemque de editoribus variis Legum & Capitularium veterum, unde magnam lucem accepit res Germanorum Etymologica. 58

Cap. VI. De iis, qui Gothorum Linguæ notitiam dederunt. 74

Cap. VII. De iis, qui Gallicam linguam Germanicæ originis eſſe oſtenderunt. 78

Cap. VIII. De Joach. Vadiano, iisque, qui de migrationibus Gentium Germanicarum, nec non de diverſitate linguarum & dialectorum ſcripſerunt. 80

Cap.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [15] - 11
PUBLIC DOMAIN

Cap. IX. De Otfridi Evangeliorum Francicorum editione. 96

Cap. X. De Anglo-Saxonicæ & Saxonicæ dialecti illustratoribus. 89

Cap. XI. De iis, qui in origines linguæ Belgicæ inquisiverunt. 108

Cap. XII. De peregrinis vocibus in linguæ Germanicæ & de Societatibus eruditis variis, quæ purgandæ linguæ nostræ causa institutæ fuerunt. 112

Cap. XIII. De iis, qui præterea sub finem seculi XVI. de originibus nostræ linguæ curiosi fuerunt, Reineccio nempe, Meibomio, Albino, Vulcanio & Lipsio. 122

Cap. XIV. De editione Paraphraseos Teutonicæ in Canticum Canticorum, quæ Willeramum autorem habet; qua occasione variæ lectiones ex MSto Scriverii inseruntur. 125

Cap. XV. De Helvigii, Freberi, Henischii, Zinzerlingii, Jungii & Sviceri studio originibus & Lexicis Germanicis colligendis impenso. 140

Cap. XVI. De Cluverii & Pontani scriptis

ptis & disceptationibus, qua occasione etiam de prisca Britannorum & Gallorum lingua quædam afferuntur. De Broweri item libris, in quibus linguæ Germanicæ antiquitates illustravit. 145

Cap. XVII. De Lexicis & Libris juridicis, Germanorum verba obscuriora explicantibus. 151

Cap. XVIII. De editoribus Glossariorum Latinorum & Græcorum, ex quibus non parum utilitatis in rem nostram redundat. 156

Cap. XIX. De Melch. Goldasti Libris Origines lingvæ Germanicæ inquirenti utilibus atque de ejusdem veteribus quibusdam MStis. 160

Cap. XX. De lingva veteri Cantabrica obiter agitur. 171

Cap. XXI. De iis, qui vetera monumenta Danica, Islandica, & Norvegica ediderunt ac harum dialectorum Germanicæ lingvæ origines quæsiverunt. 173

Cap. XXII. De antiquitatibus Svecicis, earumque editoribus & illustratoribus; de

de Svecicæ item, Finnonicæ & Lappicæ Lingvæ expositoribus. 192

Cap. XXIII. De iis, qui Persicam lingvam Germanicæ affinem dixerunt. 209

Cap. XXIV. De scriptis Opitii, Grotii, Harsdorferi & Vredii origines linguæ nostræ explicantibus. 212

Cap. XXV. De Boxhornii sententia Europæas lingvas è Scythica derivantis. 216

Cap. XXVI. De Bellini, Tscherningii & Schottelii scriptis criticis. 221

Cap. XXVII. De specimine & regulis etymologicis Claubergianis. 225

Cap. XXVIII. De scriptis criticis Vorstii, Junii, Casii & Lambecii. 230

Cap. XXIX. De scriptis Voigti & Kempii, ac de commentatoribus in acta Sanctorum. 237

Cap. XXX. De speciminibus etymologicis Morhofii, Arnoldi, Hachenbergii & Kirchmeieri. 238

Cap. XXXI. De Praschii & Daumii conaminibus etymologicis. 242

Cap.

Cap. XXXII. De Bœdikeri & Grubelii criticis laboribus. 252

Cap. XXXIII. De Spatenii Lexico Germanico. 254

Cap. XXXIV. De Gravii, Buſſingii & Thomaſii ſententia, quod ſcientiæ aptius lingua Germanica quam Latina doceantur. 257

Cap. XXXV. De Slavonicæ linguæ dialectis in Germania ſuperſtitibus & de ſcriptoribus huc ſpectantibus, ubi obiter inſeritur Vocabularium vocum Slavonicarum, quibus utuntur Ruſtici in Dannebergenſi & Luchovienſi præfecturis. 259

Cap. XXXVI. De Eggelingii Scriptis criticis. 306

Cap. XXXVII. De Schilteri ſtudio circa origines linguæ noſtræ. 307

Cap. XXXVIII. De libris criticis Friſchii, Meiſneri, Paltbenii & Hartii. 313

Cap. XXXIX. De Lexico linguæ Germanicæ Etymologico, quod ipſe molior. 323.

CAP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [19] - 15
PUBLIC DOMAIN

Cap. I.

De origine ſtudii Etymologici apud Germanos.

Verba non ſolum commune quoddam, & pene unicum vinculum, quibus humana ſocietas & nectitur & continetur; verum etiam cogitationum rerumque ſigna eſſe, atque ideo ſeriam contemplationem noſtram mereri, dudum conſtitit inter eruditos. Et ſapientiſſimus veterum Plato in Cratylo, *nomen eſſe eſſentiæ ipſius imitationem*, experientiâ edoctus, aperte profitetur. Quem dubio procul Clemens Alexandrinus V I. Stromatum libro, pro Patrum Eccleſiæ iſtius ætatis more ſectatus eſt, cum *duas eſſe dixit veritatis ideas, nomina nempe & res: nomina autem nihil aliud eſſe, quam ſigna rerum, in eum finem eis indita, ut nobis res ipſas notificent & declarent: ideoque ſicut ignoratis ſignis ignorentur res; ita ignoratis verbis,*

bis, neceſſarium eſſe ipſas quoque res ignorari. Tranſiit hæc ſententia cum multis aliis Græcorum Philoſophorum placitis etiam ad Judæos, atque aliter, ac debuit, à Rabbinis intellecta, vana iſta Cabbalæ Judaicæ myſteria peperit, quæ in ſcrupuloſa, imo ſuperſtitioſa vocum conſideratione plerumque conſiſtunt, & nomina tandem non ſigna modo rerum, ut Græco Doctori viſum fuerat, & verum eſt; ſed characteres quoque eventuum futurorum nobis effingunt. E Platonicorum autem, Rabbinorumque fontibus ſua derivaſſe videntur ſeculo poſt Chr. N. XII. *Rucelinus* Brito, ejusque diſcipulus *Petrus Abelardus*, qui primi ſectam *Nominalium* contra *Reales*, quæ oppoſitæ ſectæ appellatio erat, inſtituerunt, & nominum cognitione rerum quoque cognitionem comprehèndi, inter cætera magno conatu defenderunt. Neque tamen hæc Nominalium ſecta adverſus numeroſum agmen *Realium* odio præcipuè hæreticæ pravitatis, cui ſe obnoxium cum aſſeclis reddiderat Abelardus, ipſam deprimente, prævaleſcere, aut Scotiſta-

rum, Thomiſtarumque pro Realitate acerrimè decertantium inſultibus par eſſe potuiſſet; niſi Sec. XIV. *Occamus* Franciſcanorum ordini addictus, & Ludovici Bavari Imp. contra Joannem XXII. ſtrenuus defenſor, omnia præceptoris Scoti placita impugnaſſet, ac novis machinis & inuſitata ingenii ſubtilitate exſtirpatam fere Nominalium doctrinam reduxiſſet, tanto ſucceſſu, ut à ſuis *Venerabilis Inceptor*, *Doctor invincibilis*, & *Doctor ſingularis* dici mereretur. Ejus diſcipuli, Pariſiis pulſi, dogmata præceptoris Germaniæ intulerunt; & *Joannes* quidem *Buridanus* Bethunienſis in Viennenſi, *Marſilius ab Ingen* in Heidelbergenſi Academia ea propagarunt. *Erfordiæ* etiam, *Ingolſtadii*, *Tubingæ*, & fortaſſe etiam *Baſileæ* quondam Nominales aut primas tenuiſſe partes aut non plane nullas, Jacobo Thomaſio, viro quondam doctiſſimo, facile largior. Meminit enim Trithemius, Joannem à Lapide doctrinam eorum, qui Reales appellantur, primum ad Baſileenſem Academiam transtuliſſe, unde colligas, ante hunc Johan-

hannem Nominales ibi ad rerum Scholasticarum clavum sedisse. De Erfurtensi, Ingolstadiensi & Tubingensi Academia res in propatulo est. Et quidem Erfordiæ *B. Lutherus* religionis veræ restaurator; Tubingæ autem *Philippus Melanchthon*, Nominalium præceptis imbuti fuerunt. Unde & mos ille in Academiis nostris restat, ut Disputationem, sic vulgo vocant, composituri, *in definitione originationem spectandam sibi sumant, quia*, secundum Doctorum veterum Nominalium sententiam, *à vocis notione in rei perceptionem provehimur.* Quem morem similiter servarunt huc usque membra illustris Academiæ Leopoldinæ naturæ Curiosorum in libris, quos de rebus physicis subindè ediderunt.

Sed ego hæc solum hactenus in medium affero, ut pateat, Etymologias vocum, in quas, si latinam linguam spectes, olim *M. Terentius Varro, M. Ferrius Flaccus, Sext. Pompon. Festus, Nonius Marcellus, Fulgentius Placiades*, & post hos *Isidorus Hispalensis*, aliique veteres quo-

dammodo inquiſiverant, à Germanis & Gallis non ante peculiari ſtudio inveſtigatas fuiſſe, quam Nominalium ſecta innoteſceret & conſiderationi vocum operæ pretium poneret etiam apud adverſæ partis homines. Tum enim in nominum vocumque rationes primitus à noſtris inquiſitum eſt. Sed ut cœcutiebant hoc ævo in omni elegantiori literatura, præcipuè vero in antiquitatum ſtudio, ita ne hilum quidem hac etiam in arte videbant. Legat modo quis *Joannis à Janua vocabularium*; *Titi Livii de Frulovisiis orthographiam*; *M. Jodoci de Kalwe vocabularium Prædicantium*; *Jacobi à Voragine Legendam Auream*; *Petri de Natalibus Catalogum Sanctorum*, ſimilisque farinæ libros, & ſi vel ipſe Cato eſſet, ad nugas horum hominum Etymologicas rideat, oportet. Quid, quæſo, abſurdius eſt, quam cum iſtis *abyſſum* dictum putare quaſi *ad ipſos*, quia ad ipſum omnes aquæ revertuntur, tanquam ad matrem; *ancillam* eſſe ex Græco *an*, circum & *cilleo* moveo, quod circum movetur ad ſervitium; *diadema* eſſe quaſi *duo de-*

mens;

mens; Cornelium à *cornu* & *leos*, populus, quia eſt fortitudo populi ; *Hieronymum* à *gera*, ſanctum & *nemus*, quaſi *ſanctum nemus* vocari? Sed talibus nugis monachorum Seculi XIII. & XIV. vaſta volumina turgent; & delibavit inde quædam in eleganti *Diſſertatione de Ineptiis Clericorum Romanenſium literariis Chriſt. Junkerus*, amicus mihi honorandus. Addi poſſunt abſurdæ vocum originationes, quas ex ipſo Jure Canonico ſelectas in *Oratione Jubilæa* produxit *Meiſnerus* magnæ famæ Theologus, & quas *Hulderícus Ellopoſclerus* ſive vero nomine *Joannes Fiſchartus*, nobis ridendas propinavit in verſione Germanica *Pantagruelis Rabeleſiani* capite XXX. *Marcus* item *Velſerus Rerum Boicarum* libro III. pag. m. 223. Ad Germanicorum nominum derivationes raro deſcendebant, quando tamen hunc etiam in campum veniſſent, non minus inſaniebant, atque e. g. *Ludovici* nomen deducebant à Luce & *icos*, cuſtos, ut ſit *lucis cuſtos*; *Bernhardum* a *ber*, fons, & *nardus* prodire faciebant, quia fons in doctrinæ emanatione, puteus

in doctrinæ profunditate, & odoriferus in formæ ſuavitate ſit. Vidi ego in *Chronici Mindenſis ab Hermanno de Lerbeke* compoſiti codice MSto omnia Epiſcoporum Mindenſium nomina Germanica hac ratione expoſita, & ſeculi infelicitati condolui.

Cap. II.

De iis, qui linguam Germanicam cum aliis linguis comparârunt.

Sub finem tandem XV. & initia XVI. ſeculi, ut omni barbariei, ſic & miſero huic & inepto Etymologias Latinas & Germanicas fingendi labori obex quodammodo apud nos poſitus eſt ſtudio Rudolphi Agricolæ & illuſtris illius diſcipuli *Joannis Camerarii de Dalburg* Præſulis Wormatienſis. Et agnoſci tum cœpit arcta illa connexio Græci & Germanici idiomatis, quæ nos paulatim ad migrationes Titanum ſive Teutonum in Græciam antiquiſſimas deduxit. Ipſe Dalburgius, Trithemio, Aventino

&

& Simlero teſtibus, *aliquot millia dictionum Græcarum, quæ in utraque lingua idem ſignificant, collegit.* Eandem operam præſtiterunt *Joh. Trithemius* modo laudatus, & coætaneus *Conradus Celtes* laurea poëtica a Friderico III. Imp. donata inſignis; quibus applauſerunt *Conr. Heresbachius* atque in notis ad Taciti Germaniam *Andr. Althamerus* & *Jodocus Willichius*, nec non *Michaël Neander* in Explicatione Orbis terræ Part. I. p. 279. 280. *Wolfg. Lazius* de Migrat. Gent. l. 2. aliique multi. Excitavit deinde etiam Dalburgii exemplum *Sigismundum Gelenium*, Bohemum, Græcis ſtudiis clarum, ut an. 1543. in *Lexico Symphono* Baſileæ edito *Latinam, Germanicam, Græcam & Slavonicam linguas* inter ſe conferret. Collatio certe linguarum inter ſe cognatarum uſu non caret, & veras radices in una deperditas in altera hoc modo ſæpe reperimus, ſed caute incedendum eſt, ne fallamur, & nubem, quod ajunt, pro Junone amplectamur. Faciunt huc omnes, qui in componendis Harmoniis Linguarum, Lexicis Polyglottis, & No-

menclatoribus multilinguibus se invicem exceperunt. Agmen, si usum nostrum spectes, ducit eximius liber *Hieronymi Megiseri* Historiographi quondam Cæsarei, cujus inscriptio est: *Thesaurus Polyglottus*, vel *Dictionarium multilingue, ex quadringentis circiter tam veteris, quam novi (vel potius antiquis incogniti) orbis nationum Linguis, Dialectis, Idiomatibus & Idiotismis constans; incredibili labore summaque diligentia, cum ex innumeris omnis generis Authorum scriptis, tum vero ipsa experientia & diuturno multarum peregrinationum usu suggerente, in gratiam studiosæ juventutis fideliter collectum & concinnatum. Opus ipsa novitate sua, & tot differentium linguarum, non infructuosa collatione, per se quidem multo jucundissimum: sed &, non Philologis tantum, humaniorisque literaturæ studiosis (utpote quibus omnium quæ unquam prodierunt Lexicorum, Promtuariorum, Sylvarum, Nomenclatorum, quandam quasi Epitomen poterit præstare) verum etiam quarumlibet artium & scientiarum (quæ quidem plurium lingua-*

guarum cognitione carere baudquaquam possunt) Professoribus, imprimis vero Historicis, Geographis, Medicis, Chymicis, Principum quoque Scribis, & Legatis, aliisque peregrinantibus, Mercatoribus item & Aromatopolis, ipsis adeo Militibus, Militumque Præfectis, ut perneccessarium, ita maximo usui futurum: Cum S. Cæs. Majestatis Privilegio ad octennium. Francofurti ad Mœnum, Sumptibus autoris Anno 1603. Mereretur hic liber a viro in hoc studii genere versato in usum eruditorum ex insignibus, quos de linguis totius orbis jam habemus, libris & corrigi & suppleri. Speciatim nomina plantarum totius orbis cogniti linguis expressit *Christianus Mentzelius*, Archiater olim Electoris Brandenburgici, in opere erudito Berolini 1682. edito, cui titulus: *Index Nominum plantarum universalis, diversis Terrarum Gentiumque linguis, quot quot ex Auctoribus ad singula Plantarum nomina excerpi & juxta seriem A. B. C. collocari potuerunt, ad unum redactus, videlicet; Europæorum Latina sive vetere Romana, Græco-antiqua, Italica*

cum ſuis, Hetruriæ, Iſtriæ, Venetorum, Forojulienſium, nec non inſularum adjacentium, Malthæ, Cretæ vel Candiæ, Lesbi &c. Dialectis; Hiſpanica, Luſitanica, & in ea Regnorum Cataloniæ, Valentiæ &c. Gallica vetere & ne Oterica cum ſuis, Burgundiæ Narbonæ, Pariſienſium &c. Idiomatibus; Anglica, Scotica & Irlandica, item Danica, Germanica, cum ſuis Sileſiorum, Marchicorum, Pomeranorum, Boruſſorum, &c. ſermonum proprietatibus; Belgica cum ſua Brabantica; Bohemica, Polonica, Lituanica, Vinidica, Rutenica, Wallachica, olim Dacica, Hungarica, Sclavonica, Croatica &c. Aſiaticorum Hebræa, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Turcica, cum ſua Tripolitana &c. Tartarica, Perſica, Malabarica, Brammanica, olim Brachmanica, Prophetarum, Magorumque veterum, Zeilanica, ſive Cingalica, Javanica, Bengalica, Sinica, Japonica, Malaica, Coreica, &c. Africanorum Ægyptiaca, Æthiopica, Mauritanica, ſive Barbarica, & Tunenſium cum Pœnorum antiqua; Canarica & Madagaſcarica; Americanorum Braſiliana, Virginiana, Mexicana & adjacentium


Oratio Dŏica 40 Linguarum, &c.

Hebr. Graec. Cantabrica
Syr. Graec. Sod. Irlandae
Ar. Latin.
Æthiop., Italic.
Gallic.
Hispanic.
Portugallic.
Sardorū oppidanor
extra civit Ithiu

Gericae Slavonicae
Serbicae Polonicae
Danicae Bohemicae
Anglic. Crainericae
Scotic. Muscoviticae
Anglo Saxonicae Dalmaticae
Frisicae Rhaetorū
Goticae Lausatic.
Istae Hungaricae
Batavicae Turcicae
Gelricae Lappenic
Gericae anh y Esthonicae
Lettonicae
prussic. antiq

Collata a Jur. Rautter Ronneburgensi Pastore
Rigae 1662 Hyb. Henrici Gr. Hamelii

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [31] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [32] - -
PUBLIC DOMAIN

tium populorum aliorumque in Insulis & continente solo hinc inde habitantium, quorum Sermonum non omnibus sed quibusdam tantùm Plantis, quot quot apud Autores reperta fuerunt, sparsim adposita sunt. Aliqua etiam conducit *Stephani Guichardi Harmonia Etymologica linguarum* Gallicè conscripta & 1606 impressa, ubi ille ultra duodecim linguas cum Hebræa confert & significationem hinc explicat. Poterit quoque alicujus usus esse *Steph. Skinneri* Medici Angli *Lexicon Etymologicum pro lingua Anglicana, seu Explicatio vocum Anglicarum Etymologica, ex propriis fontibus sc. ex XII. linguis, Anglo-Saxonica, Runica, Gothica, Cimbrica seu Danica antiqua, Franco-Theotisca, Danica recentiore, Cambrobritannica, Francogallica, Italica, Hispanica, Latina, Græca,* Londini 1671. excusum, in quo tamen, quod Græcissantium hæresi addictus sit, reprehendas. Servatur inter Bibliothecæ Oxonienſis MSta opus *Guilielmi Lamplugh* Angli, quo vocabula Latina, Græca, Anglica cum Hebraicis vocibus contulit. Secutus est eum *Thomas Hay-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [33] - 27
PUBLIC DOMAIN

Hayne Oxonienſis,& *de Linguarum Harmonia Diſſertationes* anno 1648. Londini emiſit,quibus præluſit *Lexico Harmonico Univerſali* ad pleniorem linguæ Hebraicæ cognitionem componendo. Minoris momenti ſunt,quæ *Georgius Caſparus Kirchmeirus* circa Harmoniam linguarum præſtitit,nominabuntur tamen inferius ſuo loco.

Mericus Caſaubonus, Iſaaci filius, in *Commentatione de IV. linguis*, Hebræâ, Græcâ, Latinâ & Saxonica, cujus prima pars *de Lingua Hebræa & Saxonica* an. 1650. Londini publicata eſt,hanc quoque cum illa & Græca contendit. Apud Suecos idem præſtare voluit *M. Sveno Jonæ*, Orientalium linguarum Profeſſor quondam Upſalienſis, in *Inveſtigatore antiquitatum ſeu collatione linguæ Sueticæ cum linguis Orientalibus*, atque in *Colono Septentrionali antiquo-novo, conferente etiam natales linguæ Sueticæ cum Orientalibus*; quæ duo tamen opuſcula ob autoris obitum imperfecta manſiſſe Schefferus atteſtatur. Spopondit deinde in Epiſtola ad Jo. Walliſium anno 1703. ſcri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [34] - 28
PUBLIC DOMAIN

ſcripta *Olaus Rudbeckius*, Olai filius, ſe *Lexicon Etymologicum Polyglottum* editurum, *in quo Finnonicæ, Lapponicæ, Sueticæ, Islandicæ, Norvagicæ, Danicæ, Anglo-Saxonicæ, Germanicæ, Belgicæ, Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Slavonicæ, Græcæ, Latinæ aliarumque linguarum convenientiam cum Hebræa* ſibi demonſtrandam ſumſerit; quod opus, ut quam primum prodeat, opto. Specimen originationum ejus haurire poſſumus ex *Ichthyologiæ Biblicæ parte prima*, quam Upſaliæ 1705 emiſit. Dum enim contra Bochartum & Ludolfum contendit, *avem Selav*, cujus mentio fit Numer. XI, 31. non avem aliquam plumatam nec locuſtam, ſed potius quoddam piſcis genus fuiſſe, brevem ſimul illi, Hebræam inter & antiquam Gothicam Septentrionalemq; linguam, analogiam, ex occaſione vocum Hebraicarum l.c. occurrentium adjecit. Quanquam ego quidem iis non aſſentior, qui, amore linguæ ſanctæ ſeducti, omnia noſtra cum Hebræa conciliari aut ex ea derivari poſſe credunt. Non mitioribus enim mihi manibus videntur vexari,

quam

quam *Joh. Webbius* Anglus, qui Sinenſium linguam primitivam & reliquarum matrem ſtatuere anniſus eſt. Unde difficili labore non multum profeciſſe puto *M. Georg. Crucigerum*, quando in *Harmonia Linguarum quatuor Cardinalium, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ* ann. 1616. Francofurti edita, perpetuam ſe unius ab altera originem perſpicuè deduxiſſe ſibi imaginatus eſt. Frivolis enim & rem non evincentibus alluſiunculis tota res, ſi Dis placet, demonſtratur. Ejusdem interim opinionis fuit antehac *Henricus Mublius*, vir ſacris & elegantioribus ſtudiis clariſſimus, quod ex erudita *Diſſertatione*, Kilonii 1692. editâ, *de origine Linguarum variarum, ſtirpeque ac matre Græcæ, Latinæ & Germanicæ Hebræâ* nobis patet. Nominandi etiam ſunt hoc loco, qui præter antè jam dictos & plures alios ſingularibus libellis noſtram linguam cum Græca compararunt. Hoc vero *Marcus Zuerius Boxhornius in Diſſertatione de Græca, Romana & Germanica linguis earumque Symphonia* præſtare voluit; & poſt

poſt eum *Georg. Chriſtophorus Peiskerus*, ICtus, qui *Indice de vernaculæ & rerum Germanicarum ſignificatione, pro Græcæ ac Germanicæ linguæ analogia* Lipſiæ 1685. edito præluſit *Lexico Græco-Germanico-analogico*, quod hactenus tamen in publicum non exivit. Græca cum Germanicis contulit quoque *Matthias Brændelius* in *Anomaliæ* ſuæ, quam Μισελλήνων vocat, præfatione; & *Joſephus Maria Bellinus* Bononienſis in *Epiſtola ad Collectores Actorum Erudit. Lipſienſium*, cujus excerpta ab his in anni 1686. menſem Auguſtum relata ſunt. Audio nunc in vicinia eſſe virum eruditum, qui virium etiam ſuarum ingeniique hac in materia experimentum brevi facere velit, cui lubens applaudam, modo non, ut communis error omnium eorum eſt, qui migrationes gentium non ſemper in oculis habent, aut in quibus contemtus ſtudii hiſtorici recte ordinati ſe vindicat, Germanica à Græcis ſiniſtre deduxerit. Erravit hunc errorem cum cæteris, ſi unicum Boxhornium excipias, omnibus *Joannes Petrus Ericus*

Iſe-

Iſenacenſis, Lingv. & Geograph. Prof. Patavinus, qui non modo in *Renato è myſterio principio philologico, in quo vocum, ſignorum, punctorum, tum & literarum maxime ac numerorum origo, nec non novum ſpecimen Etymologicum propalatur*, Patavii 1686. evulgato; ſed etiam in *Anthropoglottogonia ſive humanæ linguæ Geneſeos partis primæ tomo primo* Venetiis 1697 edito, audacter aſſerit *Latinam & antiquam Celticam linguam* originem agnoſcere à Græca, quam & Hebraicæ, cæterarumque Orientalium parentem eſſe, ponére non ambigit. Vellemus tamen *Commentarios*, quos *de Italorum, Hiſpanorum, Gallorum, Anglorum, Germanorum, Septentrionalium, Illyriorum aliorumque populorum linguis* ſe paraſſe gloriatur, lucis auras adſpexiſſe. Veluti enim è ſtercore interdum aurum, ita etiam ex inanibus, & quartâ lunâ natis libellis aliquid boni à rerum perito aliquando colligi poteſt. Integros interim dicendi modos Græcorum cum Germanicis ex aſſe convenientes ſedulo notavit *Dan. Vechnerus* Aurimon-

montanus Silesius in eruditâ *Hellenolexiâ*, quam celeberrimus *Matth. Bernegerus* præmissa præfatione imprimi curavit, qui eundem cum eo lapidem moverat *Quæstione IX. ad Taciti Germaniam.* Arctam quoq; nostram inter & Græcorum lingvam, cognationem annotavit *Joh. Clericus*, Theologus Amstelodamensis celeberrimus, in *Præfatione ad nuperam Lexici Etymologici Math. Martinii editionem Batavam.* Sed cum plerique ex his, ut jam monitum est, Germanica ex Græcis deducant, honori patriæ communis consulere voluit *Georgius Henricus Ursinus* Gymnasii Poetici Professor Ratisbonæ, anno 1690. edendo *Onomasticon Germanico-Græcum*, in quo vocum Græcarum & Germanicarum harmoniam exhibuit, atque ab his illas descendere brevibus asseruit, plura dissertationi *de Origine Germanica Græcæ linguæ*, quam pollicitus nobis est, reservans. Deceptus etiam valde est vir aliàs profundè doctus *Eduardus Bernhardus* in *Specimine Etymologici Britannici*, quod è promissa, sed non editâ *Dissertatione de*

Orbis eruditi literatura excerptum, paſſus eſt Hikeſianæ Grammaticæ Anglo-Saxonicæ annecti. Ibi fundamento neſcio cui innixus, ex vocibus quibusdam conſonantibus, Britannicam ſive Cambricam veterem, Anglo-Saxonicam atque adeo etiamGermanicam lingvam, reliquasque Septentrionales ortas eſſe omnes è Slavonico Armenioque idiomate ſibi imaginatur; unde ſibi has inter ſe ſtudioſe conferendas ſumſit. Sed placet mihi judicium Andreæ Mulleri Greifenhagii, quod de his ejus derivationibus in Epiſtola ad Tentzelium tulit. *Optatur*, inquit, *Eduardi Bernardi Etymologicum ſeorſim edi & examinari. Non eſt operæ pretium. Mihi ſemper placuit certis inhærere hypotheſibus, non qualibuscunque & vulgo obviis, ſed ex abſtruſiori officina. His datis & facile à doctiorum corona concedendis, nugæ reliquæ omnes cadunt. Exempli gr. Lingvarum unius ab altera Originatio, non dependet ab Alliteratione vocum hujus & illius lingvæ, millenarum etiam; e.g. Perſica & Saxonica lingva adeo multa habet vocabula*, idem

idem & sonantia & significantia, ut Rhythmum unum & alterum olim confecerim, qui hodieque ab utraque gente in eundem sensum intelligi possit. Cujus rei testem Persam olim habebam. Neque tamen Persæ à Saxonibus, uti nec Saxones à Persis descendunt. Affinitas autem illa vocum (in genere loquor) vel nuda alliteratio est, plerumque casualis, nonnunquam etiam coacta; vel ex prisco utriusque gentis commercio, sive militari, sive coloniario, eoque non immediato semper, sed & mediato &c. Sed hypotheses ad hanc rem facientes consignavi in Præfatione Glossarii Profani. Hanoviæ anno 1659. *Jac. Redingerus Affinitatem Linguæ Latinæ & Teutonicæ* publici juris fecit. Ejusdem Latini sermonis cum Germanico, quoad integras phrases, harmonia pulchrè apparet in *Jo. Vorstii Diatriba de Latinitate, quæ suspecta esse possit, deque Germanicæ ac Latinæ linguæ convenientia*, Rostochii 1653. prima vice impressa, & sæpius deinde, titulo etiam paulisper mutato, recusa. *Reinhardus Rebbigius* in *Robigalibus* sive *de Rebus Criticis libro X.*

c. 18. Germanicas voces derivavit à Latinis. Sed contrariam ſententiam validis argumentis defendendam ſuſcepit *Jo. Lud. Praſchius*, de quo poſtea fuſius agendum.

Cap. III.

De Hermanno Com. Nuenario.

FLorebat paulo poſt Rud. Agricolam *Hermannus Comes Nuenarius* & literas renaſcentes blande fovebat, colebatque. Hic ann. 1521. Coloniæ Agrippinæ typis Joh. Soteri imprimi curavit primus *Eginhardi vitam Caroli M. & Annales veteres*, qui ab ipſo *incerto monacho Benedictino*, à Frehero cuidam *Adelmo*, à Quercetano *Eginhardo*, à Cointio verò *monacho cuidam Laureshamenſi* adſcribuntur. Huic editioni Carolo V. conſecratæ addidit eruditam Præfationem, in qua de *Origine, Sedibus, & lingva priſcorum Francorum* ſcite egit & multis exemplis prolatis oſtendit, Francos Germanicâ uſos fuiſſe dialecto. Hæc parva qui-

quidem ſpecimina excitabant deinde Germanorum, præcipuè Evangelicorum animos, ut porro de ſua lingua dijudicanda & exornanda cogitarent, ducibus præſertim *D. Martino Luthero & Philippo Melanchtone*, communibus illis nationis noſtræ, ſeu religionem conſideres, ſeu literas, magiſtris.

Cap. IV.

De iis, qui Nomina Germanorum propria expoſuerunt.

NOmina hominum, locorum & fluviorum propria eſſe antiquiſſima lingvarum monumenta, qui paulo penitius antiquitates gentium intuitus eſt, inficias ibit nemo. Ex iis de migrationibus populorum, de genio hominum, & de dialectis, quibus locuti ſint, ſi ſcriptores taceant omnes, judicare tutò licet; quoniam omnia in prima ſui origine appellativa, aut ex appellativis nominibus compoſita fuerunt. Atque, ut de appellationibus hominum propriis præ cæteris dicamus, earum veræ origines an-

tiquisſimis temporibus apud omnes patuerunt. Cum vero linguæ paulatim aliam faciem induerent, nominaque iſta variè pronunciarentur, aut inflecterentur in ore vulgi; erratum etiam hic valde eſt in radicibus ipſorum inveniendis. Exempla quædam rem magis perſpicuam reddent. Jornandes de rebus Gethicis Alaricum Gothorum Regem *ob audaciam virtutis* Balthæ, *id eſt* audacis *nomen inter ſuos accepiſſe, memorat*, & reſtat nobis in vocabulo *trunckenbolt* vocis hujus ſignificatio vetus. Venantio *FORTUNATO CHILPERICI* nomen eſt.

Adjutor fortis, *ſi interpres barbarus adſit.*

Helmoldus Nigellus in vita MSta Ludovici Pii lib. 1. veram nominis Ludoviciani nomenclaturam huic diſticho incluſit:

Nempe ſonat HLUTO PRÆCLARUM,
WIGCH quoque MARS eſt,
Unde ſuum nomen compoſuiſſe patet.

Deſignat ergo vox Ludovici, *celebrem bellatorem.* Lebuini nomen, quod nobis

bis *Levinus* eſt, Hucbaldus, vetus autor, in vita S. Lebuini cap. 1. his verbis exponit: *Lebuinum*, ait, *CARUM ſibi AMICUM, juxta idioma nominis ſui optimè congruentis. Fertur enim à peritis ſuæ linguæ, quod LIEFWYN patrioticè ſit vocatus, quod Romanis ſonat CARUS AMICUS.* Ratbodus Traject. Epiſc. in Eclogâ de S. Lebuino idem nomen eodem modo explicat, canens:

Nam ſi vertatur LIAUUIN, quod cuna ſonabant,
Carus amicus erit.

S. Liobæ nomen per vocem *dilectæ* pariter reddit Rudolfus Monachus Fuldenſis in vita hujus Sanctæ cap. VI. *Genuit*, inquiens, *filiam, quam vocavit TRUTGEBAN, cognomento LIEBAM, eo quod eſſet DILECTA.* Arichiſi Ducis Beneventani nomen David Epiſcopus Beneventanus in Epitaphio rectè expoſuit *novum herilem*, hoc eſt, *domicellum*, κόμιλλον. Verba Davidis ſunt:

Hic NOVUS à multis ARICHIS vocitatur HERILIS,
Moribus & forma conſilioq; potens.

Herilis enim vocem quaſi diminutivam a voce *herus* uſurparunt medii ævi homines. Roberti Ducis Normannorum cognomen, *Guiſcard*, *prudentem* deſignare, Gvilielmus Appulus in Poemate de Geſtis Normannorum variis in locis indicat. Libro enim 1. de illo ita canit:

Hujus Robertus frater fuit, ille ducatum
Qui poſt obtinuit, GUISCARDUS AD OMNIA PRUDENS.

Libro II. de eodem ait:

Cognomen GUISCARDUS *erat, quia* CALLIDITATIS
Non Cicero tantæ fuit aut verſutus Ulyſſes.

Libro III. in fine item infit:

Cervices rigidos ſic DUX ASTUTUS *& audax*
Flectere, ſic finem bellis imponere novit.

Qui veteri huic Poetæ notas addidit Joh. Tiremæus Hautenœus, notat, in ſua provincia, ſua quoque ætate, *catum* & *aſtutum* quemvis *Guiſcardum* appellatum fuiſſe, voce nimirum hâc à nomine *weis* ſive *wiſe*, quo *ſapiens*, & *prudens* denotatur,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [46] - 40
PUBLIC DOMAIN

tur, derivatâ. Ita olim patuere nominum propriorum rationes, de quibus magnum adhuc exemplorum cumulum congerere poſſemus, ſi vacaret. Poſteris tamen, ut jam indicavi, temporibus, ſenſim barbaries crevit, & oblitis genuinis etymis, hæc & alia nomina in varios

1661 Apr.
Redingeri affinitat Teutonica & Latina l. m 8

1659.
vnds Sic cum Comm. Wirlspick.
& Lambecy. Art. Etymolog. Teutom.

mus in hoc campo ſe exercuit doctiſſimus *Jo. Aventinus*, qui in Introductione ad Annales Boicos Nomina Germanorum propria ſtudioſe collegit atque expoſuit. Prodiit paulo poſt & quidem anno 1537. ſine nomine autoris elegans pro illa quidem ætate libellus, cujus ego hoc ſub titulo poſſideo editionem: *Ali-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [47] - -
PUBLIC DOMAIN

tur, derivatâ. Ita olim patuere nominum propriorum rationes, de quibus magnum adhuc exemplorum cumulum congerere poſſemus, ſi vacaret. Poſteris tamen, ut jam indicavi, temporibus, ſenſim barbaries crevit, & oblitis genuinis etymis, hæc & alia nomina in varios modos detorta, a neſcio quibus Græcis & Latinis vocibus deducta cernuntur. Pudet ſpeciminibus inde deſumtis chartas commaculare & ex paucis, quas ſupra prælibavimus, ubi de initiis ſtudii etymologici apud noſtros homines egimus, derivationibus, facile quivis intelliget, quam fuerint abſurdæ. Sub ſeculum tandem Evangelii renati, ut in aliis ſtudiorum generibus, ita & hac in re ineptiæ paulatim excuti cœperunt. Primus in hoc campo ſe exercuit doctiſſimus *Jo. Aventinus*, qui in Introductione ad Annales Boicos Nomina Germanorum propria ſtudioſe collegit atque expoſuit. Prodiit paulo poſt & quidem anno 1537. ſine nomine autoris elegans pro illa quidem ætate libellus, cujus ego hoc ſub titulo poſſideo editionem: *Ali-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [49] - 42
PUBLIC DOMAIN

quot nomina propria Germanorum ad Priſcam etymologiam reſtituta, autore Reverendo D. Martino Luthero. Lectoribus S. *Exemplum dedi vobis, ut plura & meliora faciatis, valete. Urſellis 1559.* Recuſus ille poſtea fuit Wittebergæ 1570. & *Godefridus Wegenerus*, tum temporis PaſtorNeoſtadiiEbersvvaldæ, annotationes ipſi inſignes addidit, atque Germanico idiomate recudi fecit ſub titulo: *Herrn D. Luthers Seel. vielfältig verlangtes Namen-Büchlein, welches erſtmahl ohne ſeinen Namen zu Wittenberg an. 1537. nunmehro ſchon vor 137. Jahren, nachmahls mit und unter ſeinen Nahmen 1570. auch zu Wittenberg im Latein ausgegangen, jetzo der edlen Deutſchen Haupt-Sprache aufrichtigen Liebhabern, die der alten Deutſchen Namen Deut-und Auslegung zu wiſſen begehren, zugefallen Deutſch neben einer Vorrede, etzlichen Anmerckungen, zwifachen Namen und einem der fürnehmſten Sachen und merckwürdigſten Hiſtorien-Regiſter, heraus gegeben von M. Godfried Wegener, Sileſio Marchita.* Lipſiæ 1674. Opuſculum hoc ce-

celeberrimus Theologus D. Valent. Alberti, eleganti hoc Epigrammate laudavit:

Hier ſteigt der Deutſchen Ruhm in ihrer Sprach und Nahmen,
Durch eines Prieſters Hand. Wie? iſt das ſeine Pflicht,
Ja wohl und aber wohl iſt alles ausgericht
Denn Luther ſingt ihm vor und Wegner ſpricht das Amen.

Jam autem ante Wegenerum libellum hunc *Becmannus* Wittebergæ an. 1611. ſubjunxerat manuductioni ad Latinam lingvam & indice Alphabetico ornaverat. Idem extat etiam ἀνωνύμως in opere Hiſtorico Simonis Schardii hoc ſub titulo: *De nominibus propriis Germanorum opuſculum Studioſæ antiquitatis.* Autor ejus ſive is Lutherus, ſive alius fuerit, non parum in vera voces derivandi ratione exercitatus fuit, attamen multo exactiora præſtare potuiſſet, ſi aliquam ſaltem monumentorum, quibus jam abundamus, partem vidiſſet. Hunc interim libellum integrum penè inſeruit

Le-

Lexico ſuo *Philoſophico Rudolphus Goclenius*, qua de cauſa a Jacobo Thomaſio inter plagiarios literarios meritò refertur. Poſt obitum Lutheri qui claruerunt *Beatus Rhenanus*, *Andr. Althammerus*, *Jodoc. Willichius*, *Jo. Stumpffius*, *Ægidius Tſchudus*, *Jo. Gorop. Becanus* & *Adrianus Junius*, quisque pro modulo ingenii, nomina noſtra propria critica lance expenderunt. Sed hos omnes ſuperavit & diligentia & judicio inſignis Polyhiſtor *Conradus Geſnerus*, Germaniæ noſtræ Plinius, qui, teſte Melchiore Adamo in ejus vita, *Libellum multorum antiquorum nominum propriorum, virorum & mulierum, aliquot millibus ex vetuſtis Principum monumentis auxit, & ſecundum terminationes diſpoſuit: item propriorum vim ac ſignificationem annotavit: oſtenditque omnia verè certa aliqua ex cauſa impoſita eſſe, ſicut in linguis cultioribus & apud Græcos præcipuè. Is tamen libellus*, pergit Adamus, *lucem non vidit, ſed primum apud Wolfios delituit.* Ipſe *Geſnerus*, in Catalogo operum ſuorum ejus meminit, & judicium hoc addit

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [52] - 45
PUBLIC DOMAIN

dit ſuum: *Apparet ex ſingulis fermè certa aliqua ſignificatio, ut vel ominis gratia vel ſaltem non temere, ſed certam ob cauſam, impoſita videantur, ſicut & apud Græcos fere. Nihil enim antiquius in noſtra lingva, & unde, qualis ante multa ſecula fuerit magis appareat, extare puto.* Deinde *Joh. Jacob. Friſius*, qui Catalogum Geſneri Bibliothecæ ſuæ inſeruit, addit *Marcum Widlerum* Tigurinum, Paſtorem Kilchbergenſem, opus hoc à Geſnero inceptum, continuaſſe atque edere voluiſſe. Ipſe Widlerus Epiſt. 138. earum, quas Thulemarius ad Goldaſtum ſcriptas, Francofurti anno 1688. edidit, de hoc opere ſequentia ad Goldaſtum retulit: *Vidi obiter Catalogum priſcorum Germanicorum nominum, de quo te hoc admonere volo, D. Conr. Geſnerum piæ memoriæ collegiſſe Germanicorum nominum propriorum virorum & mulierum (quibus uſa eſt Germania, antequam Sanctorum nomina ex lingvis peregrinis reciperet) aliquot millia ſecundum terminationes diſpoſita. Schedas illas ab obſervando affini meo D. Caſparo Wolphio, p. m. na-*

ctus

ctus, auxi, & in ordinem redegi & describere cœpi, nulla autem edendi occasio hactenus data; Patrono nimirum destitutus. Si editione digna videbuntur, transmittam, ut emendare & ex tuis ea locupletare possis. Certum hinc est, a Widlero opus hoc nactum esse Goldastum; & servatur illud adhuc cum multis aliis reliquiis Goldastinis, in celeberrima Reipublicæ Bremensis Bibliotheca, mihique ibi ab amplissimo Mastrichtio, JCto clarissimo, & laudatæ Reip. Proto-Syndico ante aliquot annos benevole monstratum fuisse grata mente recordor. Post Gesnerum nomina propria Germanorum criticam sub limam revocarunt *Pontus Heuterus* (quanquam is à scopo plerumque aberraverit) & *Cornelius Kilianus Dufflæus* vir in hoc eruditionis genere acutum cernens. Adjunxit hic Etymologico Teutonicæ linguæ colophonis loco *propria hominum præcipuè Gothorum, Vandalorum, Germanorum, Teutonum, Saxonum, Anglosaxonum, vetera nomina* eaque paucis ex melioribus autoribus explicavit. In præ-

præfatiuncula præmissa: *Nomina hæc*, inquit, *varie ad modum à variis interpretata; quorum inventiones neque probare neque reprobare in re tam difficili & controversa est animus; tametsi verisimiliores nonnullas etymologias a Gothis, Vandalis, & aliis peti posse existimem. Huic autem negotio viros doctos operam aliquando daturos spero: imo hoc nostro prævio incitamine, ad hujusmodi opus Reipublicæ literariæ imprimis necessarium, gnaviter serioque aggrediendum, ac præstandum, incendi atque inflammari cupio atque exopto.* Secuti sunt Kilianum *Schottelius*, *Harsdörfferus*, aliique, inter quos eminet *Jo. Henricus Ottius*, Theologus apud Helvetios non incelebris, qui *onomatologiam, sive de nominibus hominum propriis librum 1671.* Tiguri publicavit, ubi quædam bonæ frugis de originibus nominum propriorum apparent. An. 1670. Lipsiæ recusa est *Onomatologia, das ist kurtze Erklärung und Auslegung der vornehmsten und gebräuchlichsten Tauff-Nahmen vormahls zusammen getragen, nunmehr mit Anhang einer*

ner kurtzen Sprach-Schul oder Regiſter und Zeiger etlicher fremden Wörter und dero Urſprung vermehret, wie auch ſamt einer hierzu gehörigen Epiſtola Herrn M. Jo. Gottfrid. Olearii wieder herfür gegeben von Jo. Ebarto Diacono in Wettin. In indice vocum peregrinarum ſæpius appoſitè de earum origine diſſerit autor, quod vero ad propria nomina attinet, in horum explicatione ſequitur plerumque Lutherum & reliquos. Elegans quoque libellus eſt *Ægidii Andreæ de la Roque*, Equitis Galli, *de origine nominum & cognominum* Pariſiis 1681. Gallica lingua editus, ubi autor eruditus celebriora Germanorum nomina exponit: ſed ex ignorantia lingvæ noſtræ quosdam interdum errores committit. Accuratius multo hoc in argumento verſatus eſt magni & nominis & doctrinæ Vir *Hugo Grotius*, qui Hiſtoriæ Gothorum, Vandalorum & Longobardorum Scriptoribus *Indicem Propriorum nominum Gothicorum, Vandalicorum & Longobardicorum à ſe expoſitorum* inſeruit. Voluit etiam *Marquardus Freherus* Ὀνομαθέτην ſive *de nominibus*

bus Alemannorum Propriis librum posteritati relinquere, sed labori erudito immortuus est. Idem fatum habuit *Thomas Reinesius*, qui etiam defunctus est, cum jam esset in eo, ut ederet *Eponymologicon*, hoc est, librum, in quo cognomina tam virilia quam muliebria Romanorum & Græcorum, *nec non nomina propria illorum, quos Romani barbaros vocarunt*, relaturus, emendaturus, eorumque rationes etymologicas redditurus erat. Meminit prolixius hujus suæ molitionis in Præfatione Syntagmatis Inscriptionum antiquarum: Unde nos prætermissis, quæ de Romanis Græcisque adfert, solummodo hic notabimus ea, quæ de Germanorum veterum nominibus prudenter monet. *De exterarum*, inquit, *gentium propriis nominibus in libris impressis depravatis, necdum correctis, prolixior querela institui posset. Quanta enim horum copia se ingerit legentibus Strabonem (vetustiores, nec ita frequentatos mitto) Melam, Senecam, Plinium, Plutarchum, Josephum, Tacitum, Ptolemæum, Ælianum, Athenæum,*

Justinum, ab oculatis quamvis Commentatoribus recognitos & expolitos? Ex Asiaticis, Syriacis, Phœniciis, Parthicis, Persicis, Arabicis, Ægyptiacis & Africanis, utcunque restituta videri possent aliqua; sola Europæ populorum, præsertim Germanorum Gallorumque, & qui cum his censeri solent, nullius fere curam meruerunt, nedum ut alicujus manum medicam & salutarem experirentur. Hinc etiamnum apud Strabonem lib. VII. Σιμιγῶντος, Σέγες, Θασνέλδα, Θαμέλικος, Αιγίμηρος, Σεσίθακος, *Cherusci;* Οὐκέμηρος, *Chattus:* Βαίτορις, & Μέλων, *Sicambri: quorum vera è Germanorum linguâ nata & explicanda inde nomina,* Sigismundus, Sigastus *vel* Engistus, Teudlinda, Deudmerius, Sigemerus *vel* Sigemarus: Sesidagus: Uridomarus, Virdomarus, *vel* Britomarus; Wetericus: Malo *vel* Amalo. *Nominantur autem ibi cum* Arminio & Theudorige, *quos natu domove Germanos fuisse nemo nescit, tanquam populares.* Betuitus *apud Valerium Maximum, Livium & Florum, rex Arvernorum*, & Sedulius, *Princeps*

Le-

Lemovicum in Cæsaris Ephemeride VII. cap. 88. *ejusdem linguæ est; uterque autem exprimendus* Betulfus, Vedulfus, *quod unde ductum, & quid significet, Germani, quorum proprium est, intelligunt.* Cingetorix, *quod Trevirorum cuidam principi, &* Vertico, *quod Nervio apud Cæsarem in* Lib. V. Belli Gallici cap. 45. *nomen, generali placito recepta fuere, & in omnes editiones propagata leguntur; atqui alterum* Sindierich, *Jornandi* Sinderich, *id est, intellectu dives; alterum* Verdicho, Werdicho, *vel si placet* Berricho Berich, *utrumque Alemannicum, vera & primæva. Ibidem* cap. 22. Segonax, *regulus in Britannia ad Cantium, extat in libris excusis, sed ob similitudinem litterarum* x *&* r *è genuinâ* Segomar, Sigemar, Sigmar *ab Editoribus depravata adpellatione. Eidem* Ephemer. VII. cap. 31. Ollovico *amicus à Senatu Rom. adpellatus, pater Teutomari* (Dietmari) *Regis Nitiobrigum laudatur. Idem nomen Inscript.* 8. DCCXXIIX. 6. MCXXIV. Albicco; *quod & Sidonio Ennodioque notum:* Al-

levicus *Symmacho:* Ellebichus *Greg. Nazianzeno, Zosimo & l. 1. C. Th. de calumn.* Hellebichus: *quod clarè*, Olloviconem *Cæsaris esse eum, quem hodieque* Helvicum, Helvigum *usurpamus, testatur: nimirum tertiùm mutatâ vocali primæ.* Cingibilus, Mænicaptus, & Civismarus *in Livii*, Atepomarus *in Plutarchi*, Caratacus *in Taciti*, Carausus *in Eutropii & Victoris libris corrupta prodierunt è veris* Siggihildus, Maini *vel* Magingastus, Sigismarus, Adelomarus, Gardagus & Geraudus, *quæ resectâ terminatione Latinâ verè Germanica & suæ gentis hominum. Civilis, cognomen duorum Juliorum, natione Batavorum apud Tacitum, quis pro vero non habuit? & corruptum tamen est ex Alemannico* Sibih, Sibico, Sibicho; *perinde ac* Centaretus *apud Plinium, Solinum & Ælianum, itemque* Generidus *apud Zosimum, è* Gontaredo *nostratis linguæ. Angli à Saxonibus acceptum hoc* Kendredum *dixêre. Jam in Ammiani Marcellini Antiocheni editionibus inter plurima Germanica vix unum alterumque reperire licet, quod Germanum sit intur-*

turbatum & incorruptum ; Eum ſcriptorem caligatum inprimis juventuti noſtræ commendare debebat amor veri candorque, quem in enarrandis fortibus Alemannorum eo ſeculo factis oſtendit, veterisque Germaniæ, in quâ ſtipendia fecit, notitia & hiſtoriarum alibi non obviarum copioſa explicatio. Veriſſimæ eæ laudes ſunt, quibus eum par copiosâ & reconditâ doctrinâ hominum, Voſſius *in* libro *de* Hiſt. Lat. *& ſoſpitator ejus poſt* Fridericum Lindenbrogam Henricus Valeſius *ornarunt. At quàm fœdatam Germanicarum adpellationum factam ab eo recenſionem intuemur & miſerantes? Sunt ibi ex Alemannorum, Francorum, Gothorumve & Quadorum Regalibus & Viris Martiis*, Alavivus, Bainobaudes, Balcobaudes, Barbatio, Barchalba, Barzimeres, Bitheridus, Chonodomarius, Dagalaifus, Fragiladus, Frigeridus, Fritigernus, Gabinius, Hariobaudes, Hortarius, Laniogaiſo, Macrianus, Maudio, Memoridus, Nannenus, Nectaridus, Percha, Priarius, Rando, Remigius, Seniauchus & Seniaudus, Silvanus, Suomarius, Theolaifus,

Veſtalphus, Vithigabius, Vitrodorus, Urſicinus, Uſafer, Zinafer, *& quæ fortaſſis effugerunt hunc tumultuarium recenſum alia, quæ ſingula Germanorum Linguæ vocabula ſunt, eoque ex eâ dijudicanda & emendanda. Si corruptis iſtis ſubſtituantur genuina, quæ è vetuſtis & authenticis Germanicarum Antiquitatum monumentis haberi poſſunt, Ammianei iſti heroes erunt, nimirum ſuffixâ per παραλήψιν Latino ſcriptori uſitatâ terminatione, hi:* Allevicus, Wunibaldus, Folcbaldus *ſeu* Fulgoallus, Farawaco, Parchvalis, Horſimeres, Widericus *vel* Bertfridus, Gondomarus, Dagaliobus, Brachila, *qui &* Peracholah, Fridericus, Fridugerus, Gebuinus, Garibaldus, Rodharius, Liungaiſo, Magribus, Mauuo, *vel* Mauuio, Meinredus, Nanno, Weſtaredus, Berrich, Friarius, Randulfus, Remmingus *vel* Rimeding, Sinibaldus, Sigmarus, Gomoarius, Tedlabius vel Tezlof, Faſtulphus, Vithigaſtus, Vithodoris *vel* Vithodorix, Horskini Uſuuar *vel* Uſuuardus, Sindepertus: *Quorum è Germanicâ linguâ etyma tradita in* Eponymo-

mologico *veram eam cujusque scripturam esse, & in Ammiani editionibus reponendam, indubium reddunt & prorsus irrefragabile: simulque docent, quam non solum Viri maximi, Linguarum eruditarum omnium gnarissimi, cum de talibus judicium sibi sumserunt, extra chorum, quod dicitur, saltaverint; sed & alii huic negotio manum admoliti vero exciderint, Catalogos suos Nominum propriorum repleverint ineptiis, & pueriles ridiculasque alliterationum argutias pro veris originibus venditaverint.* Hæc sunt, quæ doctissimus Reinesius in Eponymologico prolixius pertractare instituerat. Sed morte impeditus cœptam, quod valde dolemus, pertexere non potuit telam. Anglo-Saxonum verò appellationes illustravit *Guil. Cambdenus* in Anglico libro cui Tit. *Remains concerning Britain*; & nuper egregie easdem explicavit *Edmundus Gibsonius*, qui, cum nomina Chronici, quod evulgabat, Saxonici propria declarare vellet, in duabus peculiaribus dissertationibus *Regulas ad investigandas nominum locorum & virorum*

origines nobis tradidit, dictoque Chronico anno 1692. adjecit. Ante hos *Gvilielmum Lambardum Commentarium de nominibus modernis, veris & sincere Saxonicis, Latinis & Britannicis Civitatum, fluminum &c.* collegisse & edidisse ex *Th. Savilii Epistola ad Cambdenum* scio. *Arnoldus à Bœcop* S. J. scripsit doctam *de nomine, Hubertus, atque eadem opera de tot aliis, quæ simili fine cadunt, Epistolam ad Johannem Roberti S. J.* qui eam suæ *Historiæ S. Huberti Luxemburgi 1621.* impressæ p. 514. seqq. inseruit. *Prænomina Sveo-Gothica* Lincopiæ 1675. in lucem emisit *Christophorus Grubbius* Præses civitatis Calmariensis. Hos vero modo dictos libros si ad manus habuisset *Gottonius Froelichardus Danck*, personatus autor libelli anno 1708. editi, cui tit. *Neu erfundene doch alt-gewohnte deutlich-Teutsche Tauf-namen;* vidisset vetera Germanorum nomina non esse, ut ipse somniat, inania aut ab ursis, apris, lupis aut aliis talibus desumta, sed plerumque, si vera cum iis ratio etymologica ineatur, vi radicum suarum, esse boni

ni ominis & ad animi corporisque aut patriæ communis, gentisque felicitatem reſpicere. Et poſſet à Critico ſolerti ad talium nominum ductum perfecta & omnibus numeris abſoluta veterum Teutonum Ethica elaborari; ut adeo autor, quem citavimus, tot noviter & abſonè compoſitorum nominum labori inutili ſuperſedere omnino potuiſſet, nullo Reip. literariæ damno. Dolendum interim eſt, pulcherrimas Germanorum appellationes veteres ſeculo XIV. cum nominibus Hebraicis, Græcis & Latinis Sanctorum ſuperſtitiosè plane tum cultorum commutatas fuiſſe. Huic enim peſſimo mori acceptum feras jacturam tot egregiorum nominum propriorum noſtrorum, atque tot nominum originis & ſignificationis incertæ uſum vulgarem, quem non immerito *Jo. Fiſchartus* in *Pantagrueli* Germanico cap. X. ſatyrico ſale perfricuit. Nomina quoque locorum ſitum, conditionem aut conditorem ſuum plerumque produnt, ut fuſius alibi oſtendam.

Cap. V.

De B. Rhenano & Jo. Aventino, itemque de editoribus variis Legum & Capitularium veterum, unde magnam lucem accepit res Germanorum Etymologica.

CIrca Reformationis tempora, ut redeamus, unde digreſſi eramus, *B. Rhenanus in Commentariis rerum Germanicarum* & ſelectis *ad Tacitum notis* linguæ noſtræ ſtudioſis plurimum lucis accendit, quod & fecerat *Jo. Aventinus* in *libris VII. Annalium Boicorum*, præcipuè autem *in libris X. Germaniæ illuſtratæ*; quorum iſti omnibus noti, hi autem deperditi ſunt, niſi fortè lateant Moguntiæ inter reliquias Aventini ibi aſſervatas.

Non longè poſt horum obitum viguit *Vitus Amerbachius*, Profeſſor Ingolſtadienſis, vir variæ doctrinæ, & *Adolphorum Occonum*, patris & filii amicus, cum quibus commercium literarium circa antiquitates ut plurimum, num-

nummosque Romanorum occupatum habuit, quod MStum vidi apud Jo. Nicolai Professorem, dum viveret, Antiquitatum Tubingensem. Hic novo beneficii genere Linguæ antiquitatisque Germanicæ studiosos adfecit, quando anno 1545. curante Weissehorno typographo Ingolstadiensi *præcipuas constitutiones Caroli M. de rebus Ecclesiasticis & civilibus à Lothario nepote ex avi constitutionum libris collectas & è cœnobio Tegernseensi prolatas cum annotationibus & præfatione* publicavit. Vivebat tum in Gallia exasciatæ eruditionis summique judicii vir, *Joannes Tilius*, Briocensium & deinde Meldensium Episcopus, qui, non paucis ingenii monumentis inclaruit, præcipuè vero nobis celebris esse debet ob editos *Caroli M. libros IV. de imaginibus* sub *Eli Phily* nomine, quo occulte significabat, judice Vossio, se *Philyræum* sive *Tilium* quasi spiritu *Eliæ* imaginum cultum, hoc Caroli, seu potius Alcuini opere, oppugnatum ire velle. Hic Amerbachium secutus de publicandis *libris Capitularium ab Ansegiso Abbate Be-*

Benedicto Levita collectis ſtatim cogitavit, atque eos etiam Lutetiæ Pariſiorum anno 1548. prælo commiſit, ſed causâ, neſcio qua, à cœpto ita deſtitit, ut demum poſt obitum ejus folia tantum aliquot in eruditorum manus devenerint, quibus uſi ſunt viri docti, qui Romæ Gratiani collectioni recognoſcendæ recenſendæque anno 1580. præfuerunt. Melius res ſucceſſit in Germania *Johanni Baſilio Heroldo* Acropolitæ, qui, ſi Michaeli Neandro in Præfat. Erotematum Græcæ linguæ credimus, per annos viginti nihil fere egit, quam ut verſaretur in hiſtoriis. Is autem non ad Francicas modo, ſed ad omnium præterea gentium Germanicarum Leges veteres colligendas animum eodem ferme tempore appulit, & tandem voti compos anno 1557. Baſileæ per Johannem Petri opus ſuum impreſſum vidit ſub hoc titulo: *Originum ac Germanicarum antiquitatum libri: leges videlicet Salicæ, Ripuariæ, Allemannorum, Bojoariorum, Saxonum, Weſtphalorum, Angliorum, Werinorum, Thuringorum, Friſionum, Burgundionum, Lan-*

Langobardorum, Francorum, Theutonum: Opus certe pietatis nec non veteris venerandæque illius verè Francicæ Majestatis plenum. In quo non solum rerum ac vocum nostrarum proprietas cernitur, sed majorum quoque nostrorum Imperium, eoriundemque tum in divinis tum humanis solers quædam administratio, omnibus Rebuspublicis, ceu absolutissimum exemplar, sese exhibet imitandam: Hactenus & Theologorum & Jurisconsultorum studiosorumque omnium incommodo aut suppressum omnino aut hinc inde lacerum atque mancum dispersum. Nunc autem Wolfgangi Abbatis Principis Fuldensis benignitate & in patriam flagranti studio ex superba illa celeberrimi collegii Bibliotheca, in lucem, ad temporum horum tam in Ecclesiasticis, quam in Civilibus rebus pertinaces illas concertationes tollendas, pacandosque bonorum animos, divinitus sane, prolati; opera vero Basilii Johannis Heroldi, ac collatione exemplariorum, quæ vetustissimis, nec non ante septingentos annos depictis characteribus expressa erant, descripti, emendati

dati atque in lucem magna religione editi. Divinitus ſane accidiſſe puto, quod Wolfgangus Abbas Fuldenſis egregia veterum Legum MSta cum Heroldo communicaverit. Poſtea enim ditio Fuldenſis per Haſſos occupata eſt & celeberrima illa Cœnobii Bibliotheca maximam partem cum rariſſimis Codicibus diſperſa. Utinam autem Heroldi ad veteres, quos edidit, Leges expoſitiones nacti eſſemus, haberemus certe à viro hoc docto, quæ ſtudium Etymologicum apud nos mire promoviſſent. Teſtantur hac de re ipſa ejus verba, ubi in Præfatione; *Accidit Patriæ fato feliciori*, inquit, *ut in hoſce libros inciderem, qui præter ea, quæ diximus, origines & rerum & vocabulorum gentis noſtræ (cum in Legum promulgatione unica illa proprietas quæratur) ab octingentis jam annis ſuppreſſas omnino ac deſideratas vel aliena nobis lingua, quam hactenus ab ullo Antiquitatum diligentiſſimo inquiſitore, Germana voce Germanum ſenſum magis proprium exhibent: maxima certe & deteſtanda noſtri ſeculi vel negligentiæ*

tiæ vel inſcitiæ accuſatione, quod aliena mirari, appetere, atque externa amplecti ſoleat, cum domeſtica ſpernere, opes ſui ipſius neſcire, atque optima negligere videatur. Quanta enim ubertas noſtræ lingvæ ſit, qui ornatus, quæ efficacia, rudi illa atque impolita translatione facile perſpici poteſt, cum genuina illa hujus majeſtas, nullo aliarum lingvarum plectro aſſequi poſſit. Tantam vero gravitatem atque divitias tantas, cum noſtris ceu digito monſtrare atque explicatione quadam enucleare (ut ex contextu interjectis literulis deprehendi poteſt) incepiſſem, fateor ingenue negotii mole, temporisque brevitate, omne illud meum inſtitutum interpellatum fuiſſe, quod ſesquimenſe non integro deſcribenda mihi omnia, emendanda, adque Longobardam indoctique hominis cujusdam picturam, ac ad alia quatuordecim aut amplius exemplaria conferenda eſſent, fato, uti æſtimo, meo, quo labores meos indies accreſcere ſentio, ſpero, fructu quodam maturo. At interpellationem illam lætiori & majori lectoris applauſu brevi in publicum dabo. Sed

ma-

magnoGermaniæ detrimento hæ Salicæ reliquarumque legum, quod voces in iis patrias attinet, explicationes perierunt, una cum ejusdem autoris egregiis *Commentariis efflorescentis Germaniæ*, in quibus, ut ipse indicat, Friderici Principis Palatini benignitate pellectus, ad patriæ communis res antiquissimas, memoria dignas, & ex tabulariis maxima diligentia & cura colligendas, se totum tradiderat, ea intentione, ut gentis, qua nulla fuit fortior, res gestas præclaras, certa quadam & antiquissimorum testificatione, in numerato haberet & explicaret, posteris omnibus ad imaginem veteris Germaniæ, exemplum aliquod divinum relicturus. Triginta post Heroldinam legum evulgationem annis *Petrus Pithœus* in jure civili Cujacii Præceptoris solidis principiis imbutus & antiquitatis Francicæ promus condus, *novam & ampliorem Capitularium Francicorum* editionem procuravit, quam an. 1603. emendatiorem descripsit frater pari literariæ rei ardore incensus *Franciscus Pithœus*, qui etiam *Glossarium sive interpretationem obscu-*

obſcuriorum verborum, quæ in Lege Salica habentur, & aliud Gloſſarium ad libros capitularium condidit, ex quibus poſterius multo auctius & emendatius ex autographo ejusdem Pithœi ſe edidiſſe Steph. Baluzius affirmat. Errat proinde *Morhoſius*, qui *Polyhiſtoris Litterarii l. 4. c. 4.* nullum Pithœi gloſſarium prodiiſſe dicit. Pithœis viventibus natus eſt *Hieronymus Bignonius*, Galliæ etiam in prima pueritia decus; utpote qui decimo ætatis anno jam *Geographicam Terræ ſanctæ tabulam* confecit; decimo quarto *de antiquitatibus Romæ & de electione Paparum*; & decimo nono *de Excellentia regum & regni Galliæ adverſus Jacobum Valdeſium Hiſpanum* ſcripſit. Idem juvenis viginti trium annorum *Formulas veteres juridicas Marculfi* cum notis antiquitates & linguam Francorum pulcrè illuſtrantibus à patre non parum adjutus anno 1613. Pariſiis prælo ſubdidit, quæ repetita vice, accedente etiam *libro legis Salicæ* cum ejusdem notæ obſervationibus Cramoiſius anno 1666 recudit. Omnia vero hæc ultimæ Capitularium Francicorum

editioni Baluzianæ deinde ſunt inſerta. Longè tamen majus opus animo volverat, Erpoldo patre filius multo major, *Fridericus Lindenbrogius*, JCtus, Criticus & Hiſtoricus ſine pari, qui ſubſidiis undique conquiſitis anno 1613. Francofurti per Marnios ſpiſſo volumine nobis dedit *Codicem legum antiquarum, in quo continentur Leges Wiſigothorum, Edictum Theodorici Regis, Lex Burgundionum, Lex Salica, Lex Alamannorum, Lex Bajuuariorum, Decretum Taſſilonis Ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Angliorum & Werinorum, Friſionum, Longobardorum, Conſtitutiones Siculæ ſive Neapolitanæ, Capitulare Caroli M. & Ludovici Impp. & c. Quibus accedunt Formulæ ſolennes priſcæ publicorum privatorumque negotiorum, ut & eruditum Gloſſarium ſive interpretatio rerum vocumque difficilium & obſcuriorum.* Quo in opere omnes, quas potuit, Legum dictiones Germanicas, explicavit & ad fontes ſuas in noſtra lingua ſuperſtites revocavit. Neſcio vero, an de hoc Gloſſario aut de alio, omnia veteris linguæ Germanicæ vocabu-

bula obsoleta & rariora complectente, intelligendus sit *Hugo Grotius*, quando Epist. 144. ad Jan. Cordesium scribit: *Laborat nunc Lindenbrogius in concinnando Lexico veteris sermonis Germanici, & multa habet adjumenta, quæ nec Spelmannus, nec alii habuerunt. Erit id opus eruditis nec ingratum nec inutile.* Assentior tamen fermè Jo. Mollero, Rectori Flensburgensi meritissimo, qui rumorem de Lindenbrogii Glossario Germanico Hamburgi latente in *Hypomnematis ad Morhosii Polybist. l. 4. c. 4.* inde ortum credit, quod ibi adhuc *Glossaria aliquot vetusta Teutonica*, quibus Lindenbrogius ad explicandas veterum Germanorum leges usus est, asserventur. Neque enim superat aliud quid inter ejus tot scripta inedita, tot libros collatos cum codd. MStis, tot electa & excerpta, & observationes, quæ teste *Jo. Alb. Fabritio*, S. Theol. Doctore & Professore apud Hamburgenses, *in Præfat. ad* iteratam *Scriptorum Septentrionalium Erpoldi Lindenbrogii editionem*, manu ejus exarata extant Hamburgi in Bibliotheca Johannea, cui universam su-

pellectilem ſuam librariam, parentisque ſui & fratris Henrici libros bene multos per teſtamentum anno 1645. legavit. Vellem interea ejus *de veterum ſervis opus Hiſtorico-Juridicum* ex eadem Bibliotheca edi, certus, & in hoc plura latere Criticis noſtris profutura; quibus utilem quoque operam navavit editionibus & illuſtrationibus *Hiſtoriarum Ammiani Marcellini, Jornandis, Iſidori & Pauli Warnefridi.* Poſt Lindenbrogium Legum veterum Codicem, ſi excipias, quæ exinde Goldaſtus in Conſtitutiones Imperiales retulit, nemo revidit aut recudi fecit, quamvis id mereretur, multaque jam habeantur, ex quibus corrigi ubique & paſſim augeri poſſet; ut vel ipſi nos manum aliquando operi admoturi eſſemus, ſi exiſterent, qui ſtudiis his operæ pretium facerent. Particulatim vero quidam unam alteramque Legem illuſtrarunt. Ita *Sibrandus Tetardus Siccama Leges Friſiorum antiquas* Franekeræ an. 1617. cum ſelectis ſuis obſervationibus imprimi procuravit. Merentur etiam Friſonum leges paulo recen-

centiores patria lingua conſcriptæ, ut ederentur. Et extant hinc inde in Bibliothecis virorum doctorum exemplaria vetuſta. Vidi ego ſpecimen ex codice ſeculo XIII. conſcripto atque inſcripto: *Landrecht offte Aſigbebok der edelen þrigen Vreſen.* Incipiebat: *Hir is eskrivin thet wi Freſa alſek londriucht hebbe and halde, ſa God ſelva ſette ande bad, thet wi hilde alle affte thing and alle riuchte thing* &c. Ut linguæ ſpecimen demus; lubet præcepta divina inde excerpere: *Thet was thet eroſt bod.* **Deus unus eſt.** *Thin God thet is thiena, the ſkippere is himmelrikes and irthrikis, tham ſkaltu thianca. Thet was thet otbere bod.* **Non aſſumes &c.** *Thu ne ſkalt thines godes noma nawet idle untfa ther mithi ſend ti urbeden alle men etha. Thet was thet dredde bod.* **Sanctifica &c.** *Thu ſkalt fira thene helega ſunnandi. hwante god hini reſta tha hi eſkipin hede himulrike and irthrike; ther umbe ſkal tu jerne firia thene helega ſunnandi. Thet*

was thez fiarde bod. *Honora &c.* Thu ſkalt eria thinne feder and thinne moder thet tu theſte langor libbe. Thet was het fifde bod. *Non occides.* Thu ne ſkalt nene monslaga dua. Thet was thet ſexte bod. *Non mœchaberis:* Thu ne ſkalt nen hor tha nen overhor dua. buta mith thinere afta wiue ſkaltu godilike libba. Thet was thet ſiugunde bod. *Non furtum &c.* Thu ne ſkalt nene thiuvethe dua, and ne ſkalt nauwet ieria oua thines wen kerſtena hava ther thi fon ruichta nawet werthane mugun. Thet was thet achtunde bod. *Non falſum teſtimonium dices.* Thu ne ſkalt nen unriucht tiuch dua. Thet was thet niugunde and thet tiande bod. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut te ipſum.* Thu ſkalt minnia God thinne ſkippere mith renere birta, and thinne win kerſtena like thi ſelva. Theſſe tua bodo besluthath alletha othera bodo. Huc pertinet etiam *Jus*

pro-

provinciale Frisonum septentrionalium, quod ex vetustis consuetudinibus an. 1426 primùm in literas relatum & seculo XVI. in eam formam redactum est, quam nunc præfert: Edidit illud cum *Chronico Nord-Frisico M. Antonius Heimreich* & inscripsit *Beschriebenes Landrecht des Nord Strandes*. *Jacobus Sirmondus*, Socius Jesu candidus & solide doctus omnisque antiquitatis curiosus investigator, *Capitula Caroli Calvi* Parisiis 1623. & *Conciliorum* Galliæ tomos tres ibidem anno 1629. cum notis eruditis publici juris fecit. Priorem librum inseruit eruditissimus *Stephanus Baluzius* Tutelensis editioni nitidæ & reliquis auctiori *Capitularium Regum Francorum, quibus Marculsi Monachi & aliorum formulas veteres & notas doctissimorum virorum addidit, atque omnia præterea in unum duobus tomis collecta ad vetustissimos codices MStos emendavit, notisque suis illustravit*, Franc. Mugetio opus anno 1667. Parisiis excudente, in quo vix habeas, quod præter typographica vitia, eaque plurima, reprehendas. Anno autem

tem 1649. *Godefridus Wendelinus*, Canonicus, Condatensis & officialis Tornacensis Antwerpiæ typis Plantinianis prodire fecit *Leges Salicas illustratas & illarum natale solum demonstratum cum Glossario Salico vocum Aduaticarum.* At vero, ut alia occasione monui, gravissime hallucinatus est, voces *Malbergi* sive *Judicii Francici* Germanicas pro urbibus & pagis Belgii habendo, & natale solum legis Salicæ, quod pagis *Salogeue*, *Bodogeue*, & *Windogeue* definitur, in eandem regionem & quidem ad nescio quæ loca diœceseos Leodicensis, *Zelhem*, *Boyenhouen*, & *Wintershoven* dicta, falsò referendo. Fatendum tamen, aliqua in ejus *Glossario Salico* bonæ frugis haberi. Nostro ævo *Jo. Schilterus*, celeberrimus JCtus Argentoratensium, de quo nobis & infra dicendum erit, *Codicem Juris Feudalis Alemannici veterem* Teutonica dialecto conscriptum & anno jam 1505 à Sebast. Meichsnero JCto & Assessore Cameræ Imp. editum cum MStis plurimis collatum denuo prælo subdidit adpositis observationibus cultori nostræ lin-

linguæ & juris neceſſariis. *Leges Saxonum, Anglorum* item & *Werinorum* Illuſtris *Leibnitius* nuper additis ſtrictu is judicio plenis inter Scriptores Brunſuicenſes recenſuit. Dicendum hic etiam eſſet de *Speculo Saxonico*, quod circa annum 1200 *Eppo*, ſive, ut alii vocant, *Ecko de Repkau*, vir legum patriarum peritus & Repkâ, vico noſtrum inter Helmſtadium [illegible] um ſito, oriundus, ro[illegible]omitis de Falkenſtein [illegible] adhuc ſuperat ad mon[illegible]um radices) Germanica dialecto compilavit, & cui *D. Burch. à Mangelfeld* una cum *jure Weichbildico* & *Feudali Saxonico* gloſſas allevit; niſi in editione Lipſiæ 1569. facta *D. Chriſtoph. Zobelius*, ſtylum veterem ad hodiernam Miſnenſium dialectum detorquendo, illud tot erroribus impleviſſet, ut ei nullibi tuto fidi poſſit. Intereſſet tamen Saxoniæ ſuperioris, regionumque, qui jure Saxonico judicantur, ut ex veteribus MStis, quorum jam magna copia in Viennenſi, Guelferbytana, Lipſienſi, Oldenburgenſi, aliisque Bibliothecis inve-

linguæ & juris neceſſariis. *Leges Saxonum, Anglorum* item & *Werinorum* Illuſtris *Leibnitius* nuper additis ſtricturis judicio plenis inter Scriptores Brunſuicenſes recenſuit. Dicendum hic etiam eſſet de *Speculo Saxonico*, quod circa annum 1200 *Eppo*, ſive, ut alii vocant, *Ecko de Repkau*, vir legum patriarum peritus & Repkâ, vico noſtrum inter Helmſtadium & Scheppenſtadium ſito, oriundus, rogatu Hogeri Comitis de Falkenſtein (quod caſtrum adhuc ſuperat ad montium Hercyniorum radices) Germanica dialecto compilavit, & cui *D. Burch. à Mangelfeld* una cum *jure Weichbildico* & *Feudali Saxonico* gloſſas allevit; niſi in editione Lipſiæ 1569. facta *D. Chriſtoph. Zobelius*, ſtylum veterem ad hodiernam Miſnenſium dialectum detorquendo, illud tot erroribus impleviſſet, ut ei nullibi tuto fidi poſſit. Intereſſet tamen Saxoniæ ſuperioris, regionumque, qui jure Saxonico judicantur, ut ex veteribus MStis, quorum jam magna copia in Viennenſi, Guelferbytana, Lipſienſi, Oldenburgenſi, aliisque Bibliothecis inve-

nitur, tandem Repkovii Speculum emendatius prodiret. Dum hæc scribo, nunciatur, *Christianum Wilhelmum Eybenium*, in Aula Cimbrica Consiliarium Status, jam in eo esse, ut *Corpus Constitutionum & Legum fundamentalium Imperii Romano-Germanici* magno & studio & judicio collectum in publicum edat, & voces inter cætera obsoletas & rariores, intellectuque difficiliores ibi passim obvias in *Glossario* peculiari, operi adjungendo, exponat. Ut autem rara viri summi eruditio atque in his multorum annorum assidua diligentia omnibus notissima est, ita rem nostram Criticam hoc laudabili labore plurimum adjutum iri dubium est nullum.

Cap. VI.

De iis, qui Gothorum linguæ notitiam dederunt.

SEd quo nos Amerbachiana Carolinarum Legum editio deduxit? Commodum eodem tempore, quo hæc veteris Francicæ linguæ specimina innotuerant, accidit, ut in Werdinensi Cœnobio

bio à B. Ludgero unà cum Helmſtadienſi condito, *Codex argenteus*, Evangelia aureis argenteisque literis Gothicè deſcripta continens, detegeretur. Ab hujus inſpectione quidam vir doctus occaſionem ſumſit aliqua excerpendi, cum aliis eruditis communicandi & *commentariolum in literas Gothicas* atque alium *in notas Lombardicas* conſcribendi. Horum tractatuum autorem editor *Bon. Vulcanio* putat fuiſſe *Antonium Schoonhoſium*, qui caſtigato Eutropio innotuit, & præterea doctiſſimam *de origine Francorum Diſſertationem*, aliaque præclara ingenii monumenta nondum edita compoſuiſſe dicitur. Ego vero potius accedo Jacobo Uſſerio, Epiſcopo Armacano, non vanis argumentis inducto, ut crederet, hos libellos parentem agnoſcere *Antonium Morillonum*, qui Antonio Perenoto Cardinali Granvellano à Bibliotheca & Latinis Epiſtolis, ac Hadriano Junio teſte, vir multijuga doctrina & omnifaria lectione, humanitatis & philoſophiæ omnis ἀφροδίτη καὶ χάρις fuit. Plura hujus Morillonii elogia congeſit *Colone-*

mesius in Bibliotheca selecta p. 165. sq. Illud tamen cum Usserio noto, autorem à vero aberraviſſe in altero Commentariolo, cum notas ibi expreſſas, quæ eædem ſunt atque illæ, quas ſub Tirōnis & Senecæ nominibus Gruterus poſtèa edidit, Longobardicas eſſe credidit. Codex de cætero Argenteus tricennalis belli tempeſtate è Germania in Sueciam translatus ibique inter rariora regni cimelia litteraria veneratus, ab erudito viro à Chriſtina Regina pro voto non remunerato ſurreptus atque ad Batavos, & quidem in manus *Franciſci Junii* junioris perlatus eſt, qui tanti eum fecit, ut typos ad inſtar MStarum literarum fundi atque ipſum *codicem ex adverſo poſita verſione Anglo-Saxonica, additoque Gloſſario ſuo Gothico eruditiſſimo & peculiari tractatu, quo Alphabeta Gothicum, Runicumque declarantur, nec non Thomæ Mareſchalli Theologi Anglii in Gothicam Anglo-Saxonicamque translationem obſervationibus* ſelectiſſimis adjectis, typis ſuis eleganter exprimi curaverit Dordrechti an. 1665. Authenticum exemplar deinde ſuaſu Can-

Cancellarii Suecici, Comitis de la Gardie, à Carolo XI. Suecorum Rege aliquot millibus imperialium redemptum, interque potissima Regiæ Bibliothecæ decora repositum est. Ejusdem Comitis de la Gardie auspiciis posthæc eandem *Versionem Gothicam*, quam *Ulphilæ* tribuit, *literis latinis cum versionibus parallelis Suecicâ, Islandica & vulgata latina; item præfatione prolixa de linguarum origine, & Glossario, in quo Gothica Ulfilæ cum aliis & hodiernis Gothicis*, ut vocat, *conferuntur*, Holmiæ anno 1671. edidit *Georgius Stiernhielmius*, Suecus perdoctus. Utramque tamen editionem mendis non unis scatere *M. Georg. Frid. Heupelius* Argentinensis, qui in Svecia aliquandiu egerat, in *Dissertatione de Ulphilâ sive versione illius IV. Evangeliorum Gothica* Wittebergæ anno 1693 habita observavit. Ad meliorem Gothicæ dialecti intellectum conduceret *Glossarium Anglosaxonicum* Gothorum Episcopi, quod è veteri Bibliothecæ Moisiacensis Codice erutum se vidisse *Philip. Jacobus Mausacus* in Dissertatione criticâ Harpocrationi

ni præmissa pag. 355. profitetur. Et latet illud fortasis adhuc Parisiis inter MSSta Bibliothecæ Colbertinæ, utpote cui plerosque Cœnobii Moisiacensis codices illatos fuisse constat.

CAP. VII.

De iis, qui Gallicam linguam Germanicæ originis esse ostenderunt.

IN Gallia publicaverat *Carolus Bouillus* Samarobrinus *Vocum Gallicanarum tabulas*, sive ut editionis anno 1533 Parisiis facta inscriptio est, *de differentia vulgarium linguarum librum.* Ibi vocabula Gallica à Græcis & Latinis radicibus derivaverat, quo commovit *Wolfgangum Hungerum*, JCtum sui temporis clarissimum, ut conscriberet *Linguæ Germanicæ vindicationem contra exoticos quosdam, qui complurium vocum & dictionum mere Germanicarum Etymologias ex sua petere sint conati*, Libellum sane lectu jucundum, variæ eruditionis plenum, hominibus-

busque tam Germanis & Gallis, quam Italis & Hiſpanis, præſertim Legum ſtudioſis perutilem, quem authore anno 1555 defuncto patri ὁμώνυμος filius Argentorati 1586. excudi fecit. In eo doctiſſimus autor clarè demonſtrat, maximam partem omnium vocum non Latinarum, quæ in Gallico ſermone nunc extant, ex origine Germanica declarari poſſe, niſi ita eſſent ab ipſis labiorum mollitie corruptæ, ut interdum vix agnoſci poſſint; id quod exemplis quam pluribus in medium allatis exponit. Et profecto ſi ſaperent ſingulæ nationes in Europa, majorem honorem, majoremque diligentiam impenderent Linguæ noſtræ, ex qua ſuorum plerumque tam verborum quam rituum ſolemnium & juris rationes habent ſuſpenſas. Ejus certe contemptus ubique, ut alios taceam ſeſe vindicavit hactenus in Hiſpanorum *Aldretiis & Covarruviis*; in Italorum *Moroſiniis, Ferrariis, Bayſiis & Academicis Furfureis*; in Gallorum *Budæis, Bezis, Perioniis, Stephanis, Sylviis, Picardis, Falchetis, Tripotiis, Nicotiis, Guiſcardis,*

Pa-

Paſchaliis, *Caſanoviis*, *Labbæis*, *Borellis*, *Menagiis*, *ipſisque Regiis Academicis*, viris cætera doctiſſimis. Vellem etiam, ut Hungeriani ingenii alius fœtus prodiiſſet in uſum Gallorum, cujus mentionem, (cum dixiſſet in laudato Tractatu verbum *eſſuyer* corruptum eſſe ab *exudare*, tametſi id Latinis aliud ſignificet) facit his verbis: *Habent Galli ſexcentas ejusmodi Linguæ latinæ corruptelas, quas peculiari libello annotavi.* Ejusdem quod origines linguæ Gallicanæ Germanicas attinet, ſententiæ fuit *Joſephus Scaliger* in *Scaligeranis* p. m. 239. & *Caſpar Barthius* in *Adverſariis* paſſim. *Johannes Henricus Ottius*, cujus jam ſupra memini, itidem Gallicas voces è Germanica lingua ortas eſſe poſt Hungerum in *Franco-Gallia* ſua Baſileæ 1670 excuſa tradidit, & hoc mille, & quod ſuperat, exemplis probatum dedit.

Cap. VIII.

De Joach. Vadiano, iisque, qui de migrationibus gentium Ger-

Germanicarum nec non de diversitate linguarum & dialectorum scripserunt.

ANno 1551. decessit *Joachimus Vadianus*, Consul San-Gallensis, qui variis in scriptis se Polyhistorem exhibuit posteris, & studio etymologico manus auxiliatrices præbuit passim in operibus suis, vetera monumenta Germanica colligendo, conservando & illustrando. Hujus Vadiani *Epistolam de obscuris verborum significationibus; Farraginem* item *Antiquitatum Alamannicarum, sive de Collegiis & Monasteriis Germaniæ veteribus, ut in regno Francorum & insecutorum principum aliquot seculis habuerunt libros;* nec non *Librum de Christianismi ætatibus* & *Epistolam de conjugio servorum apud Alamannos* Goldastus suis Alamannicis inseruit. Juvit præterea ille Jo. Stumpfium in compositione Chronici Helvetici; atque omnia, quæ hoc in libro de Turgovia & Podamico lacu leguntur, non Stumpfii, sed Vadiani esse *Bartholomæus Schobingerus* ICtus in se-

lectis *ad Vadiani Farraginem Antiquitatum additionibus* apertè fatetur.

Origines autem linguarum vix erui posse, nisi in populorum migrationes & fata curatius inquisitum sit, *Wolfgangus Lazius* Viennensis, Medicus Austriacus & Historicus Ferdinandi Imperatoris, *Libris XII. de Gentium aliquot migrationibus, sedibus fixis, reliquiis, linguarumque initiis & immutationibus ac dialectis*, anno 1555. publico primus ostendit. In non paucis quidem, fateor, hic erravit, in aliquibus planè nihil vidit; insunt tamen operi varia ex MStis rarioribus decerpta, quæ mirè inquisitionem Teutonicorum veriloquiorum (sic Varro etyma nominat) promovent, atque alibi non habentur. Plurimis verò monumentis, quæ migrationes gentium explicanti prodesse possunt, post Lazium demum è tenebris erutis, hoc multo meliora & certiora proferre potuisset *Paulus Pezronius*, non indoctus Abbas Gallus, qui an. 1703. Parisiis edidit *Antiquitatem Nationis & Linguæ Celticæ, aliàs Gallicæ dictæ.* Sed nimio gentis amore, ut olim

Bo-

Bodinus, occœcatus, Celtarumque nomine non nisi Gallos suos venire statuens, ac linguarum Europæ Septentrionalium ignarus, non magni admodum momenti rem nobis præstitit. Apud nos *David Clodius*, Linguarum Orientalium Professor Gissenus, majori sine dubio curâ hanc rem pertractasset, si *Dissertationes de Gentium & Linguarum origine ac propagatione*, quas promiserat, publico exhibuisset. Germanorum origines & migrationes post *Scaligerum*, *Casaubonum*, *Petavium*, *Usserium*, *Cluverum*, *Bochartum*, *Salmasium*, *Vossium* & alios illustrarunt *Christophorus Adamus Rupertus in Observationibus ad Synopsin Historiæ Besoldi*; *Jo. Henricus Ursinus in Isagoge Historico-Chronologica*; *Paulus Hachenbergius in libello posthumo de originibus Germanorum & Svedorum*; *Wilh. Chr. Kriegsmannus in Conjectaneis de Germanicæ Gentis origine*, & nuper *Joannes Nicolaus Hertius* in erudita Dissertatione de *Notitia Veteris Germaniæ populorum*; *Michaël* quoque *Praun* in libro vernaculo, cui titulus: *Der wahre neu*

entdeckte Uhrſprung der Teutſchen und anderer Europæiſchen Völcker. Illos, qui eundem cum hiſce lapidem in ſuis ad Taciti Germaniam notis volverunt, jam prætermitto. Sed nihilominus hoc in argumento nebulæ ubique nobis reſtant, diſcutiendæ à magno quodam & ad miraculum docto viro; cujus *de migrationibus gentium* opus, quod hoc in argumento omne punctum feret, anxiè expectamus. Eſt is Illuſtris *Godofredus Guilielmus Leibnitius*, cui Matheſis, Phyſica, & omnes reliquæ ſcientiæ hactenus tot incrementa egregia debent, ſed cujus meritain patriam communem admirabitur orbis Germannus, ſi tandem exaſciatum *Hiſtoriæ Brunſvicenſis & Luneburgenſis opus*, cui jam inſudat, lucem aſpiciet. Inſeruit ille nuper Societatis Regiæ Scientiarum Miſcellaneis Berolinenſibus, *Brevem Deſignationem meditationum de originibus Gentium, ductis potiſſimum ex indicio linguarum*, quæ peritioribus Hiſtoriæ & Linguarum cultoribus non poteſt non ſalivam movere.

Con-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [93] - 85
PUBLIC DOMAIN

Conradus Geſnerus, cujus ſupra mentio facta, anno 1555 librum, quem vocat, *Mithridatem ſeu obſervationes de differentiis Linguarum tum veterum, tum quæ hodie apud diverſas nationes in toto orbe terrarum in uſu ſunt*, Tiguri edidit, ubi multa præclara de Celtarum Germanorumque lingua interſperſit. Recuſus ille eſt ibidem anno 1610, & quidem *Caſpari Waſeri* notis auctus eruditis. Poſtea *Henricus Schævius*, Profeſſor olim Gymnaſii Stetinenſis, *Diſſertationes Philologicas de origine linguarum & quibusdam earum attributis*, Stetini excudi fecit, à Morhofio non uno in loco laudatas. Ante Schævium *Chriſtophorus Beſoldus* lectu jucundum atque optimè elaboratum *Diſcurſum Philologicum de natura populorum, ejusque pro loci ſitu ac temporis decurſu variatione, & ſimul etiam de Linguarum ortu atque immutatione* Tubingæ 1632. edidit. Breve quidem, ſed eruditum admodum eſt ſcriptum *Olai Borrichii*, Medici Hafnienſis, *de cauſis diverſitatis Linguarum*, Hafniæ 1675. impreſſum.

Cap. IX.

De Otfridi Evangeliorum editione.

INjecerat B. Rhenanus lib. II. Rerum Germanic. mentionem codicis MSti antiquisſimi Bibliothecæ D. Corbiniani apud Friſingam in Vindelicis, quo cóntinerentur *Evangelia* tempore Ludovici Germanici *rhythmis Teutonicis expreſſa*, quemque Waldo Epiſcopus Friſingenſis ſeculo nono clarus deſcribi curaſſet. Nec longe poſt patuit, Poëmatis hujus ſacri autorem eſſe *Otfridum* Monachum Weiſſenburgenſem. Unde *Achilles Pirminius Gaſſarus*, Medicus Auguſtanus, occaſionem ſibi ſumſit Codicem iſtum exſcribendi, quem deinde *Lexico vocum veterum & intellectu difficilium addito*, ut imprimeretur, ad *Conradum Geſnerum* (qui ſuis in Epiſtolis hujus rei aliquoties meminit) transmiſit. Attamen typographi defectu coactus eſt opus in manus inſignis viri *Matthiæ Flacii Illyrici* remittere, qui ea tempeſtate to-

rotus erat in colligendis monumentis, unde *Teſtes veritatis* erueret & *Centurias Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* ornaret atque ſtabiliret. Magna horum monumentorum pars à Divo Julio Principe noſtro ab interitu vindicata, ac deinde, Friderici Ulrici Principis æternum ideo nobis colendi benignitate, Academiæ noſtræ cum multis aliis ſelectis libris donata (ſi pauca excipias, quæ præterea Guelferbyti in Bibliotheca Auguſta adhuc reperiuntur) ſanctè ab ea hactenus conſervatur. Flacius autem *Otfridi Evangeliorum librum, veterum Germanorum Grammaticæ, Poëſeos, Theologis præclarum monimentum*, præpoſita illi præfatione, paucis multa bona comprehendente, Baſileæ anno 1571. publicavit. Codex MStus videtur deinde in Bibliothecam Palatinam atque una cum eadem tandem Romam in Vaticanam translatus fuiſſe; ibi enim illum anno 1699. invenit Amplisſimus Fridericus Roſtgardus, atque inde plus quam duo millia emendationum excerpſit, id quod inferius etiam notabitur. Lambecius poſtea aliud

venerandæ vetuſtatis exemplar inter Codices Bibliothecæ Viennenſis Ambraſianos reperit, cujus ope Flacianæ editionis errores & lacunas quasdam correxit atque explevit. Omnem vero Otfridi editi contextum hoc cum MSto Codice contulit Vir in antiquitate Germanica exercitatisſimus *Diedericus de Stade*, Conſiſtorii Regii Stadenſis Secretarius, novamque ejus editionem innumeris ſphalmatis purgatam & Gloſſario ſuo illuſtratam promiſit in *Specimine Lectionum antiquarum Francicarum ex Otfridi Monachi Wizanburgenſis libris Evangeliorum atque aliis Eccleſiæ Germanicæ veteris monumentis collecto & cum interpretatione Latina* Stadæ anno 1708 promulgato; cui Deus vitam ſanitatemque largiatur, ut laudabili occupationi, quam primum fieri poterit, colophonem imponat. Vidimus ipſi Viro Amplisſimo nihil deeſſe ad emendatam Otfridi editionem præter otium & typographum. Utrumque ut nanciſcatur, rei intereſt literariæ. Interim facem ad meliorem Francicorum ſcriptorum intel-

vellectum præferet ejusdem *Grammatica Otfridina*, quæ brevi typos ſubibit. *Gloſſarium* de cætero *Otfridinum Gaſſari* ſuppreſſo autoris nomine Willerami editioni ſuæ adjunxit *Paulus Merula*, cui ideo hoc Gloſſarium erroneè adſcripſit *Olivarius Vredius* libro II. prodromo Hiſtoriæ Comit. Flandriæ Addit. pag. 28, ubi idem addita interpretatione Flandricâ inſeruit.

Cap. X.

De Anglo-Saxonicæ & Saxonicæ dialecti illuſtratoribus.

JAm ad ea devenimus tempora, quibus antiquiſsima Germanicæ linguæ *dialectus, Saxonica* nempe, mirumquantum illuſtrata fuit. Notum eruditis eſt, Seculo poſt natum Chriſtum quinto Saxones, præcipue qui Angli vocabantur, & circa Hadeleriam habitaverant, in Britanniam, ut Scotos Pictosque cohiberent, advocatos, eandem, unà cum aliis ſuis conterraneis accitis ſibi ſubjugaſſe, Hengiſto primùm & Horſo ducibus.

Per omnem illi insulam, quam à se Angliam dixêre, extenderant imperium suum & cum imperio linguam avitam; eâque leges promulgabant, atque ad Christiana sacra conversi, populum instruebant, & quicquid notatu dignum erat, memoriæ tradebant. Sed illa deinde à Danis Angliam per aliquot tempus tenentibus paulisper corrupta; à Gallis vero postea cum Guilielmus Normannus, Conquestor vulgò dictus, rerum Anglicarum potiretur, pene suffocata est. Tanti tamen ab incolis habita est, ut ad retinendam eam, atque propagandam, teste autore Præfationis in Glossarium Spelmannianum, prælectiones quasdam instituerint inter Cœnobitas Taviſtokiæ in agro Devonienſi, quæ tamen cum ipso monasterio exspirasse videntur. Post hæc notitia illius vetustissimæ linguæ penitus deperiisset, nisi ejus jam pene oblivione sepultæ patrocinium suscepisset *Matthæus Parkerus* Archiepiscopus Cantuariensis. Salivam ipsi moverat *Jo. Dajus*, qui anno 1567. *Ælfrici Homiliam Paschalem*, *Epistolas*

duas

duas de Euchariſtia & alia Saxonice ediderat; & *Guilielmus Lambardus*, qui *Archaionomiam ſive de priſcis Anglorum legibus librum* una cum *Chronologia Anglo-Saxonica* Saxonicè & Latinè 1568. imprimi fecerat. Laudatus itaque Parkerus, qui hactenus libros MStos Anglo-Saxonicos plurimos, id temporis neglectos & diſperſos, in unum collegerat, ipſe ſuo exemplo populares ad ſtudium Saxonicæ linguæ incitare voluit; unde primùm per *Johannem Foxium* Martyrologii Anglicani, etiam quædam Anglo-Saxonica Tomo II. continentis, autorem, *SS. Evangelia* Saxonicè & Anglicè an. 1571. edi curavit. Anno verò 1574. *Aſſeri vitam Ælfredi Regis Angliæ* Latinam quidem, ſed charactere Saxonico exaratam in lucem dari juſſit, & Præfationem doctiſſimam præpoſuit. *Diverſa ille hoc uno conſilio*, quæ verba Joh. Spelmanni ſunt, *aſſecutus eſt; ipſum ſc. venerandum archetypum (majori editionis ſuæ fide) usque ad apicem retulit: & lectorem (literarum inde Saxonicarum quaſi ex improviſo gnarum factum) à Latinis ad Saxonica ſtu-*

ſtudium ſuum convertere provocavit. Ab hoc itaque tempore ſtudium hujus linguæ effloreſcere cœpit, & lumen illud eruditæ Britanniæ *Joh. Seldenus* illi ſedulus incubuit, edensque Londini anno 1623 *Eadmeri hiſtoriam* cum notis, in iis *Proœmium Regularis concordiæ Anglicæ nationis Monachorum Sanctimonialiumque* Saxonicè exhibuit. Eodem anno *Ælfricum de Veteri & Novo Teſtamento* cum verſione Anglicana *Guilielmus Lislæus* ibidem evulgavit. Idem Lislæus *Pſalterium Saxonicum Anglice vertit* & prælo deſtinavit, unà cum aliis quibusdam miſcellaneis Saxonicis pariter à ſe translatis, ſed immortuus forte eſt huic rei; exemplar interim MStum ſervat Bibliotheca Bodlejana. Anno vero 1638 prodiit iterum *Ælfrici Homilia Paſchàlis cum excerptis de Euchariſtia ex duabus Epiſtolis*, accesſitque *oratio Dominica & Symbolum Apoſtolicum cum decalogo*, omnia Saxonicè. Ubi notandum, poſteriores tres partes jam olim cum notis in Germaniâ *à Marqu. Freherо* editas fuiſſe. Celebris hoc ævo erat ob

ſin-

ſingularem plane antiquitatum ſcientiam *Henricus Spelmannus*, Eques Anglus, qui undique Saxonica MSta conquiſivit, atque ipſe *Leges regum veterum, quotquot Eccleſiam ſpectant, nec non canones aliquam multos Conciliorum* ſuo *Conciliorum Anglicorum* Tomo I. Londini 1639. publicato indidit. Filium quoque *Johannem Spelmannum* magnæ ſpei juvenem monuit, ut *Pſalterium Davidis Latino-Saxonicum vetus* ex vetuſtiſſimo exemplari ederet Londini 1640. Quo autem magis Juventutis Academicæ ingenia ad hanc linguam addiſcendam acueret & juvaret, *Prælectionem Saxonicam* apud Cantabrigienſes propriis ſumtibus inſtituit, & publicum ejusdem linguæ ibidem Profeſſorem perenni præmio & ſtipendio dotandum inſtituit, quod munus delectu Spelmanni primus adeptus eſt *Abrahamus Wheelocus*, Orientalium linguarum jam tum Profeſſor. Hic ut ſpartam ſuam ornaret *Ven. Bedæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam gentis Anglorum cum Alvredi Regis Anglo-Saxonica paraphraſi* Cantabrigiæ 1643. excudi fecit,

cit,

cit, notasque adjecit, in quibus exhibuit *Homiliam Paschalem Ælfrici cum Lat. versione*; in calce *Chronologiam Saxonicam* cum versione Lambardi adnexit. Anno sequente Whelocus Cantabrigiæ *Leges veterum Regum Anglorum Saxonicas* emendatiores, ac erant in Lambardiana editione, dedit. Erat etiam in Germania *Fridericus Lindenbrogius*, supra laudatus, qui pretium linguæ Anglo-Saxonicæ poneret & tam impressos ejus, quam manu exaratos Codices sedulo colligeret. Ex his enim stupenda diligentia in suos sibi usus *Glossarium Anglo-Saxonico-Latinum* ordine alphabetico collegit, quod adhuc supereſt Hamburgi in Bibliotheca Johanneâ. *Mericus Casaubonus* libellum suprà citatum *de lingua Saxonica* ann. 1650. Londini vulgavit. *Joannis* autem *Laetii Lexicon Anglo-Saxonicum sive thesaurum antiquitatum & linguæ Germanorum*, quod opus Lippenius Amstelodami 1652. prodiisse dicit, hactenus mihi videre non licuit. *Franciscus* quoque *Junius* supra celebratus Saxonicarum antiquitatum stu-

ſtudioſos ſibi obſtrinxit cum aliis operibus, tum typis Saxonicis ſibi comparatis, & editâ *Cædmonis* Poëtæ vetuſti *Paraphraſi Poeticâ Geneſeos & præcipuarum veteris Teſtamenti Hiſtoriarum*, Amſtelodami 1655, cum illius copiam obtinuiſſet à Jac. Uſſerio Archiep. Armachano. Eodem anno *Guil. Dugdalus Monaſticum Anglicanum* in publicum emittebat, in cujus tomo I. chartæ aliquot & deſcriptiones terminorum terrarum monaſteriis conceſſarum Saxonicæ extant. Biennio poſt obiit Oxoniæ *Gerhardus Langbanius*, Theologus ſcriptis non unis clarus, cujus in Saxonicis MStis legendis & exponendis peritiam Gibſonius extollit. Jacturam hanc reſarcivit *Guilielmus Somnerus*, diligentiſſimus linguæ hujus ſcrutator, qui Oxonii 1659 eximium *Dictionarium Saxonico - Latino-Anglicum* edidit, cui addidit *Ælfrici Abbatis Grammaticam Latino-Saxonicam, cum ejusdem Gloſſario*, poſtquam ante ſeptennium doctiſſimum *Gloſſarium ad X. ſcriptores Hiſtoriæ Anglicanæ* ibidem publicaſſet. Anno 1665. *Thomas Mareſchal-*

ſchallius unà cum Franc. Junio *Evangelia Gothica & Saxonica* cum ſuis obſervationibus docte elaboratis Dordrechti prodire paſſus eſt. Voluit etiam *Grammaticam Anglo-Saxonicam* elaborare, ſed operi huic immortuus eſt. Ea autem, quam *Jo. Joſſelinus* poſtea compoſuiſſe dicitur, *Grammatica Saxonica*, à Georgio Hickeſio non potuit reperiri, qui tamen annotavit, quicquid editum ſit ab hoc viro erudito, illud purum & emendatum eſſe. Hoc circa tempus & quidem anno 1670. *Rob. Sheringhanus* librum *de origine gentis Anglorum* Cantabrigiæ emiſit, qui, cum plura ad linguæ Teutonicæ dialectos pertinentia contineat, non parvi uſus eſſe poſſet, niſi ſeptentrionalium fabulis nimium daret. Anno 1678. edebatur ab Ælfredi in Collegio magnæ aulæ Univerſitatis Oxonienſis Alumnis *Ælfredi M. Anglorum Regis vita à Johanne Spelmanno, Henrici filio, primum Anglicè conſcripta, dein Latine reddita & annotationibus illuſtrata*, in cujus calce habentur *Præfatio Ælfredi R. ad Gregorii Paſtorale à dicto Rege Saxoniæ ver-*

versum & Fragmentum Historiæ Regum West-Saxonum nec non *Otheri atque Ulstani Periplus in Præfatione ad Orosium ab Ælfredo* Saxonicè redditum descriptus. Anno 1686. decessit Angliæ decus *Jo. Fellus*, Episc. Oxoniensis, qui non solum de Junianis MStis Oxoniam translatis, sed etiam de Anglo-Saxonicâ literatura, prædicantibus hoc Hickesio & Thwaitesio, meritus est optimè, unà cum viris maxime Reverendis *Jo. Millio* & *Guil. Nicolsono* adhuc superantibus, & Ecclesiæ Reipublicæque eruditæ sedulo inservientibus. *Henricus Whartonus* anno 1690. Londini edens *Jac. Usserii Historiam dogmaticam controversiæ inter Orthodoxos & Pontificios de Scripturis sacris vernaculis*, illi *auctarium* plurimorum testimoniorum ex Anglo-Saxonicis Monumentis depromptorum adjunxit. *Edmundus Gibson* anno 1692. edidit *Chronicon Saxonicum seu Annales rerum in Anglia præcipuè gestarum, à Chr. N. ad an. usque 1154. deductos ac jam demum Latinitate donatos; quibus accedunt Regulæ ad investigandas nominum locorum origi-*

 nes,

nes, & nominum locorum ac virorum in Chronico memoratorum explicatio. Anno 1699. *Edwardus Twaites* Oxoniæ Junianis typis nobis è MStis obtulit *Heptateuchum, librum Job,* & *Evangelium Nicodemi Anglo-Saxonicè,* & *Historiæ Judith fragmentum Dano-Saxonicè.* Anno tandem 1701. pariter Oxoniæ *Thomas Benſonus Vocabularium Anglo-Saxonicum Lexico Somneri magna parte auctius* emiſit. Ut taceam, quid in editione MStorum Saxonicorum præſtiterit *Rawlinſonus.* Nominandus mihi jam eſt *Georgius Hickeſius*, Wigornienſis Cathedræ Decanus, qui *Inſtitutiones Grammaticas Anglo-Saxonicas & Mœſo-Gothicas* anno 1689 Oxonii publicatas poſtea mire auxit, atque 1706. ſplendidius multo è theatro Sheldoniano nobis donavit ſub titulo *Theſauri Linguarum veterum Septentrionalium Grammatico-Critici & Archæologici.* Longum eſſet omnia hoc opere contenta recenſere, quod jam præſtiterunt Actorum Eruditorum Lipſ. Autores; ſufficiat dixiſſe, virum diligentiſſimum nihil omiſiſſe, quod Linguam Saxo-

xonicam commendare aut illustrare possit. Nobis vero Germanis utilem operam reddidit in eo, quod præter Gothicam, etiam *Grammaticam Franco-Theotiscam* à se compositam inseruerit. Monendum tamen, in eo erasse Hickesium, quod confuderit monumenta Francica diversorum temporum, atque e. gr. Otfridi & Willerami stylum unius Grammaticæ legibus adstrinxerit. Qui enim exercitati sunt in lectione horum scriptorum facilè videbunt, pro singulis ferè seculis mediæ ætatis singulas Grammaticas condi debere, ob diversissimas declinandi, conjugandi, construendique rationes, quæ subinde obtinuerunt. Quod Anglo-Saxonica vero monumenta attinet, ea nemo Hickesio studiosius excussit, atque ut sciant, ubi MSta hujus linguæ lateant, qui ei operam tribuere velint, longum satis catalogum eorum confecit, & *Institutionibus Grammaticæ Anglo-Saxonicæ* subjunxit, quem Cl. *Tentzelius*, amicus mihi, dum viveret, charus, *Colloquiis Menstruis* anni 1691. p. 631. seq. inseruit. Plura MSta Anglo-

Saxonica recenſuerunt *Thomas Smithus* in *Catalogo MStorum Bibliothecæ Cottonianæ* Oxonii 1696. edito; & *Catalogi librorum MStorum Academiarum Oxonienſis & Cantabrigienſis, celebriumque per Angliam & Hyberniam Bibliothecarum ab Edw. Bernhardo* congeſti, atque Oxonii 1697. Tomis duobus publicati; nec non *Guilielmus Nicholſonus* in *Bibliothecâ Angliæ Hiſtoricâ*, Anglicâ dialecto conſcriptâ, cujus Tomus I. 1696. ſecundus 1697. & tertius 1699. Londini in lucem exivit. Hæc autem fuſiùs recenſui, partim quia abſque Saxonicæ linguæ, quæ tot nobis voces veteres & notabiles, in Teutonica dialecto deperditas, conſervavit, nihil boni in re Etymologica præſtare poſſumus; partim, ut hoc exemplo moniti Saxones mei majorem vulgaris linguæ curam habeant, eamque conſervent, ne futuris temporibus fortè proles illa veteris Anglo-Saxonicæ unà cum matre ſua penitus noſtris in oris intereat. Meritò enim cum Clariſſ. Jo. Mollero in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſonneſi Cimbricæ cap. III. §. 11. miſeram lin-

linguæ Saxonicæ sortem deploramus, *quæ cum omnium Germaniæ dialectorum vetustissima sit, gravissima & incorruptissima, imo palmam etiam elegantiæ cæteris reddat dubiam, idiomati tamen Misnico sibilis suis & blanditiarum parum virilium lenociniis in animos se nostratium insinuanti posthabetur, templisque ac curiis imo ipsis pœne domibus exulat.* Laudandus ideo non uno nomine est *Bernhardus Raupauchus*, Tunderâ Cimber, qui sub præsidio *M. Franc. Alb. Æpini Exercitationem Academicam* non indocte elaboratam de *linguæ Saxonicæ inferioris neglectu atque contemtu injusto* (*von unbilliger Verachtung der Platdeutschen Sprache*) Rostochii 1704. censuræ eruditorum subjecit. Sed diu ante hosce *Albertus Crantzius* Saxoniæ lib. 1. cap. 1. ægrè admodum tulit, *Saxones nostros etiam studere stridores superiorum imitari Germanorum.* Atque ut aliquo modo ab interitu vindicaret nostram dialectum, & puerorum animis imprimeret *Nathan Chytræus*, bonarum literarum Professor Rostochiensis, anno 1582. publi-

 cavit

cavit *Nomenclatorem Latino Saxonicum absolutissimum*, cujus ego anno 1601. Lemgoviæ iteratam editionem habeo. Dedicatio ad Duces Holsato-Gottorpienses juvenes libro præmissa, lectu dignissima est, nec possum non quædam ex illa huc afferre. *Lingvam*, inter cætera ait, *hanc, quâ vocabula latina hic interpretamur, à Cimbris antiquis usurpatam esse, quorundam etiam doctissimorum hominum constans est opinio: quam Goropius ille Becanus, in suis originibus, variis rationibus & argumentis confirmare conatur: imo lingvam Cimbricam seu Saxonicam & Belgicam omnibus aliis linguis & antiquiorem & artificio singulari planè admirabilem esse, multis locis ratiocinatur. Quibus equidem omnibus in medio relictis hoc unum confirmo, talem hanc lingvam esse, ut harum regionum ad trecenta ferè milliaria se extendentium, incolas (una enim Livonia, cujus inquilini magna ex parte hac lingua utuntur, mill. CXX. longa esse perhibetur,) ejus pœnitere aut pudere nequaquam debeat. Etiamsi enim ea nonnullis duriuscula videatur: qui propterea*

pterea alieno ferè idiomate utuntur: aut saltem idiomata misere commiscent: tamen certum est, si quis hac ipsa, de qua jam agimus, lingua, rectè & concinne utatur: & quidem, ut vox ipsa & pronunciatio suavitate sua non destituatur: hujusmodi eam esse, quæ & cum plerisque aliis Germanicæ linguæ idiomatibus certare, nonnullisque etiam non immeritò possit præferri. Quod ipsum, sat scio, omnes ii verum esse unà mecum confitebuntur, qui aliquando aut matronæ alicui, vel etiam virgini nobili, hoc ipso idiomate, vel in Cimbria, vel in Saxonia, pure utenti, & de rebus etiam quotidianis prudenter loquenti, attentè auscultaverint: & cum ejus oratione aliorum idiomatum vel sibilos, vel flatus, vel hiatus, vel nescio quas alias ineptias contulerint. Quin etiam grave illud & masculum, quod in virili hujus linguæ pronunciatione animadvertimus, tale est, ut propter id lingua hæc nequaquam debeat contemni aut repudiari, præsertim cum id ipsum multis aliis quoque linguis, satis præ nostra excultis, insit: & cum videamus, apud Græcos quo-

que lingvam, quæ cæteris dialectis habita est elegantior, nimirum Atticam ratione litteræ Tau, quâ illi pro Sigma utebantur, non parum cum nostra hac cognationis, aut saltem similitudinis habuisse. Laudatur sane à Plutarcho Homerus, quod, ut orationi suæ varietatem conciliaret, omnis generis voces Græcas, omnesque adeo sermonis Græci diversitates seu dialectos operibus suis intexuerit: ex quo etiam manifestum esse ait, quod Homerus universam Græciam, omnesque illius nationes peragraverit: atque ita integram perfectamque ejus linguæ cognitionem sibi comparaverit: ita quidem, ut ea, nisi omnibus dialectis probè cognitis, mutila & manca fuisset futura. Ex quo ipso, si quis plenam & integram linguæ alicujus egregiæ notitiam sibi arrogare velit: eum dialectos quoque ejus non ignorare oportere, prorsus verisimile est. Habet enim quælibet etiam cujuslibet linguæ dialectus suas quasdam concinnitates, sua peculiaria ornamenta, quæ sane accuratè considerandæ & colligendæ forent ei, qui in natione Germanica, vel alia quacunque commu-

munem aliquam, qualis in Græciâ fuit, linguam constitueret: eamque vocabulis & modis loquendi propriis & perspicuis; & præterea figuris quoque tanquam gemmis & flosculis cuperet exornare. Quam ipsam in rem utinam nos quoque ad aliarum gentium imitationem, aliquantò, quam hactenus factum est, studiosius incumbamus. Quod certe si ab hominibus idoneis seriò fieret; aliquando linguam Germanicam habituri essemus ita propriam, elegantem, & venustam, ita verbis tam simplicibus, quam concinne & feliciter compositis copiosam & uberem, ut ea multis aliis Europæ linguis plenior & præstantior, nullisque omnino inferior aut imperfectior esset futura. Certum equidem est, & quilibet fateri id cogitur, Germaniæ superioris dialectos omnes, à vocabulis rei navalis, & instrumentorum nauticorum, quibus ejus loci homines non indigent, plane inopes esse, sicuti ex adverso, harum regionum incolis rerum Metallicarum, & ad culturam vinearum pertinentia vocabula, quibus carent, ab aliis sunt postulanda. Ex quo ipso quoque ma-

nifestum est, non plane inutilem aut aspernandam esse eorum industriam & laborem, qui diversorum idiomatum Nomenclatores conficiunt, cum nulla dialectus adeo sit perfecta, quæ non in quibusdam aliarum indigeat subsidio: ut ita, quod uni deest, id ex altera supplcatur. Verum nos, dum externa inquirimus; domestica interim ferè negligimus. Quod profectò genti nostræ parum videtur honorificum & decorum esse, quæ magnam ætatis partem in linguis peregrinis addiscendis & excolendis fere consumit; & interim eam, quæ ipsi materna & vernacula est, maxima sui parte aut ignorat, aut saltem eam horridam, incultam & imperfectam relinquere non erubescit. Hæc sunt Nathanis Chytræi aurea monita; quæ tamen à nostris hominibus aut neglecta aut spreta fuisse videntur, cum ex illo tempore Saxonicæ linguæ aut conservandæ aut excolendæ operam suam collocaverint admodum pauci. Unde jam gaudeo *Illustrem Leibnitium* hac etiam in parte boni publici causam agere, & plurimos *inferioris Saxoniæ dialecto*

con-

conſcriptos olim libellos inter Scriptores Brunſvicenſes publicare, ut alios ſuo exemplo ad ſimile inſtitutum invitet. Moverat ille olim *Gerardum Meierum*, Theologum apud Bremenſes celebrem, antiquitatumque patriarum admodum gnarum, ut componeret *Gloſſarium Saxonicum*, in quo voces plebejæ, rarò occurrentes & obſoletæ Saxoniæ inferioris exponerentur. Et apparatum non contemnendum per aliquot annos congeſſerat vir non parva laude dignus, jamque in ordinem pene opus redegerat, cum mors laudabile ejus inſtitutum impediret. Pervenerunt tamen operis reliquiæ cum magna collectaneorum huc ſpectantium mole & *Grammaticæ Germanicæ* fragmentis in manus *Joh. Anderſonii*, Syndici Reipubl. Hamburgenſis, viri in his ſtudiis inſigniter docti, a quo lucem publicam expectant. Retulit amicus quidam, eſſe apud ſe *Gloſſarium* MStum à *Juſto Johanne Kelpio*, Ottersbergæ quondam in Ducatu Bremenſi præfecto Regio, nunc Canonico Rameslo-viæ, viro erudito, & rerum antiquarum in-

inferioris præcipuè Saxoniæ perito conſcriptum, cui Titulus: *Verzeichniß allerhand Nieder-Sächſiſcher oder Plat-Teutſcher, theils in denen Hertzogthümern Bremen und Vehrden faſt allein gebräuchlichen, oder auch aus der alten Run-Scyth-Scand-und Gothiſchen Sprache uhrſprunglich herkommender Wörter.* Multo autem plures voces provinciales Criticis noſtris utiliſſimæ haberi poſſent, ſi miniſtri Eccleſiarum, qui in pagis vivunt, Præfectique, quibus ſemper cum ruſticis noſtris res eſt & otium ſuppetit, cenſum Etymologicum pendere, quæ in agro audirent vocabula una cum ſignificatione propria annotare, nobisque communicare vellent.

Cap. XI.

De iis, qui in origines linguæ Belgicæ inquiſiverunt.

SAxonicæ, Anglo-Saxonicæque Dialecto affinis admodum eſt Sermo Belgicus, unde non poſſum non hic mentionem injicere *Joannis Goropii Becani* Medici

dici & Philologi, qui eodem tempore, quo Matth. Parkerus in Anglia Anglo-Saxonicam linguam resuscitabat, patriæ antiquitates evolvendi gratia veterum scriptis perlectis & ruminatis, tandem in eam delapsus est opinionem, *lingvam Belgarum*, quam *Cimbricam* vocat, *esse omnium primam*, Hebræam ipsam superare, Adamumque non aliâ locutum. Quicquid eruditionis antiquariæ fuit, ad hoc demonstrandum contulit, ut lector ferè invitus in ejus sententiam ire cogatur: attamen cunctas alias linguas ex idiomate Belgico sive velint sive nolint, deducendo, & quicquid ubique egregium est, Cimbris suis affingendo, viris doctis passim vapulavit, fecitque, ut eum virum magni ingenii, nec minoris doctrinæ, sed mediocris judicii, vere appellarent. Operi, in quo hæc asseruit, primario titulum Βεκκεσελήνων sive *Originum Antwerpiensium* fecit; eadem tamen inculcat in *Hermathena Hieroglyphica*, & adjunctis, quæ post eum an. 1572. demortuum *Levinus Torrentius*, cui res suas moriens commendaverat, Plantino Antwerpiæ publi-

publicanda dedit. Idem Torrentius etiam Goropianæ *linguæ Cimbricæ apologiam contra invectivas Jos. Scaligeri* conscripsit. Alio furiarum genere vexatus fuit *Adr. Scrickius Rodornius* Principibus Belgicis à consiliis, qui anno 1615 Ypris *Libros XXIII. Originum rerum Celticarum & Belgicarum* edidit, in quibus docuit, linguam Celticam (quam & Japheticam vocat) Latinâ, Græca & Chaldæa antiquiorem esse, adeoque has ab illa ortas: Celticam vero ab Hebraica primogenia secundam esse & sola dialecto distare. Eandem sententiam in *Monitis secundis* & *Adversariis* stabilire voluit. Modestius paulo dialectus Belgicæ origines & antiquitatem prædicavit *Abrahamus van der Mylius*, Theologus Batavus, in Tractatu erudito *de Lingua Belgica sive de lingvæ illius communitate tum cum plerisque aliis, tum præsertim cum Latina, Græca, Persica; deque communitatis illius causis; tum de lingua illius origine & latissima per nationes quam plurimas diffusione, ut & de ejus præstantia*, qui Lugduni Batavorum 1612. impressus est.

est. Ejusdem *van der Mylii Glossarium Teutonicum* citat Jo. Pet. Ericus in Humanæ Linguæ Geneseos Præfat. Sed illud ego nunquam vidi aut alibi adductum recordor. Multo vero his majorem laudem meritus est *Cornelius Kilianus* Duflæus Brabantus, edito Antwerpiæ 1599. tertia vice *Dictionario Teutonico-Latino*, in quo omnes Belgii voces ad radices suas ingeniosè & doctè deducit. Optima tandem & reliquis locupletior editio Ultrajecti 1632. excusa est. Dolendum tamen, postea hunc eximium Belgarum omnium thesaurum ab avaris typographis nomine quidem in cæteris editionibus auctum, at re ipsa etymologiis mutilatum, & variè corruptum manibus juventutis obtrusum fuisse; de quo etiam graviter jam conqueritur Franc. Junius *in Dedicatione Observationum in Willeramum*. Origines linguæ Belgicæ scrutanti proderit quoque *Cornelii Giselberti Plempii Orthographia Belgica* Amstelodami 1637. edita, quæ doctissimis observationibus repleta est.

CAP.

Cap. XII.

De peregrinis vocibus in lingua Germanica, & de Societatibus eruditis variis, quæ purgandæ linguæ noſtræ causâ inſtitutæ fuerunt.

Lingua apud Germanos ſic ſatis pura & peregrinorum vocabulorum commixtione non fuerat turbata usque ad tempora bellorum transmarinorum & torneamentorum in Gallia repertorum, quibus ab iis, qui artes palæſtricas ibi diſcebant, uti poſtea ab illis etiam, qui ſtudiorum gratia Pariſios adibant, non pauca Gallica ad nos delata ſunt. Et Imperatores noſtri ſæpius in expeditiones Romanas cum militibus ſuis euntes ſubinde verba quædam Italica vel non cogitantes referebant. Judæorum pariter gens per totam Germaniam diſperſa avos noſtros pecunia emungebat, & pro illa quædam ipſis verba dabat. Carolo vero V. Hiſpaniarum Rege ad imperium Germanicum evecto, & varia deinde

inde bella in Italia gerente multo plures Italorum & Hiſpanorum quoque voces ad nos tranſierunt. Hæc vero annotaſſe videtur *Simon Rotius* in libro Auguſtæ Vindelicorum 1571. evulgato & à Lippenio atque aliis citato, cui titulus: *Sim. Roten Deutſcher Dictionarius, das iſt Ausleger, ſchwerer, unbekanter, Deutſcher, Griechiſcher, Lateiniſcher, Hebræiſcher, Welſcher, Frantzœſiſcher, auch anderer Wörter, ſo nach und nach in Deutſche Sprache kommen ſind.* Dicitur etiam poſt hæc *Bernh. Heupoldus* edidiſſe Baſileæ 1620. *Dictionarium erklærent allerley ſchwere Wörter, ſo in der Deutſchen Sprache eingeriſſen.* Florebat jam hac tempeſtate *Societas Frugifera Teutonica*, vulgo *der Fruchtbringende Palm-Orden* dicta, annoque 1617. inſtituta, primam ejusdem jungendæ occaſionem præbente *Caſpare Teutlebio*, ſupremo Saxo-Vinarienſis Aulæ Mareſchallo, atque hoc unicum ſibi negotium dabat, ut Germanicæ linguæ præſtantiam ligato & ſoluto ſermone promoveret, puritatemque ejus reſtitue-

ſtitueret & conſervaret. Sapientiores Germaniæ Principes & illuſtres viri magno numero huic Societati nomina tum quidem dederunt, & habuit illa præſides Ludovicum Principem Anhaltinum, cui ſuffectus eſt Wilhelmus Dux Saxoniæ & hoc demortuo Auguſtus Saxoniæ Dux & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtrator. Inter ornamenta Societatis præcipua erat Divus AUGUSTUS Dux Brunſvicenſium & Lüneburgenſium, heros immortali laude dignus, cum tribus filiis Sereniſſimis, è quibus avitas terras feliciter adhuc gubernat ANTONIUS VLRICUS, totius Europæ Principum jam ſenior, qui Sereniſſimam neptem ſuam Carolo III. Hiſpaniarum Regi conjungendo bono omine illud effecit, ut gloriam Domus ſuæ potentiſſimæ per univerſum terrarum orbem dilatatam ſolis jubar continuum nunquam deſerere poſſit. Uti autem per omnem vitam nihil non & ſcriptis & carmine perenni dignum patravit, ita etiam ſcribendi & carmina condendi artes ſtudiosè fovit, atque ipſemet

non

non aſpernatus eſt. Teſtes ſunt elegantia Teutonica, eruditione omnigena, ingenio & judicio acri refertiſſima opera ejus, *Aramena* & *Octavia*, piusque labor, *Chriſt - Fürſtliches Davids-Harfen-Spiel*, Norimbergæ 1667. editus, in quem & vena Conjugis Sereniſſimæ, *Eliſabethæ Julianæ*, cujus memoria nobis ſancta eſt, ſimul confluxit. Quod ſi pari modo omnia Fructiferæ Societatis membra officio ſuo ſatisfeciſſent, illa ſine dubiò vireret, fructibusque Germanorum Criticis profuturis adhuc abundaret. Hiſtoriam Societatis hujus docent nos libri Germanico ſermone conſcripti, ex quibus ſuccurrunt *Der Fruchtbringenden Geſellſchafft Nahmen, Vorhaben, Gemählde, und Wörter nach jedes Einnahme ordentlich in Kupffer geſtochen, und in achtzeilige Reimgeſetze verfaſſet*, quem librum Matth. Merianus Francofurti ann. 1646. nitidiſſimè imprimi curavit. Secuta eſt *Georg. Phil. Harsdörferi Fortpflantzung der Fruchtbringenden Geſellſchafft* Norimbergæ 1651. edita; quam excepit *Caroli*

Guſtavi ab Hille Teutſcher Palm-Baum & tandem *Georg. Neumarkii Neuſproſſender Teutſcher Palm-Baum*, Norimbergæ 1668. ab ipſo ſub nomine *des Sproſſenden* evulgatus. Addi his poterit *Joachimi Felleri Oratio de fratribus Calendariis cum notis Chriſt. Franciſci Paullini* poſtea publicata. Poſt Fructiferam nata eſt *Societas Argentoratenſis*, Germanicæ linguæ cultui pariter intenta, ſed quæ cum primis ſuis autoribus intercidit. Sequebatur paulo poſt *Hamburgenſis Societas, die Hamburgiſche Deutſchgeſinte Genoſſenſchafft* vocata, cujus fundamenta anno 1643. *Philippus Cæſius*, variorum ſtudiorum & fatorum vir, poetaque non contemnendus, Hamburgi cum ſociis *Theoderico Peterſohnio* & *Johanne Chriſtophoro Liebenavio*, nobili Boruſſo, jecit. Diviſit illam poſtea Cæſius in *Roſigeram, Liligeram, Caryophylligeram* & *Rutigeram*, cujus rei rationes ipſe affert in tribus ſchediasmatibus Germanicis, quorum inſcriptiones hæ ſunt: 1. *Das Hochteutſche Heliconiſche Roſenthal, oder, der Teutſchgeſinnten Genoſſenſchafft erſter*

und

und neunstämmiger Rosenzunfft Ertz-schrein, darinn derselben Anfang, Fort-gang, Ausgang, Bewantnisse, Zunftsat-zungen und Gebräuche, neunfaches Zunft-und Stamm-Buch, zusamt ihrem gantzen Stiffts-Schmucke aller und je-der Zunfft-Genossen, Zunfft-Nahmen, Zunft-Zeichen und Zunft-Sprüchen, mit derselben in kurtzbündige Reimen verfa-ssten Erklärungen, zufinden. Amstelo-dami 1669. II. *Des Hochteutschen Heli-tonischen Lilienthals, das ist: Der Deutschgesinten Genossenschafft zweyter oder siebenfacher Lilien-Zunft Vorbe-richt*, Amstelodami 1679. III. *Des Hochteutschen Heliconischen Nägelein-Thals Vorbericht*, Hamburgi 1687. So-cietatem autem hanc aliquo modo hac-tenus autoribus supervixisse patet è *M. Joh. Peiskeri*, Rectoris Wittebergensis & Socii Florilegi, libello, qui 1705. Witte-bergæ recusus & continuatus est sub ti-tulo: *der Hochpreiswürdigen Deutschge-sinten Genossenschaft Zunft Tauf- und Geschlechts-Nahmen* &c. cum *Catalogi Collegarum vernaculi* prius Hamburgi

anno 1673. & 1676. nec non Wittebergæ 1685. prodiissent. Quando verò Socii Cæsiani in Orthographia Germanica plura immutarent, vocesque peregrinas omnes, dudum licet civitate Germanicâ donatas, aut etiam eas, quæ ipsis peregrinæ saltem viderentur, eliminarent, & noviter à se fabricatis commutarent, idcirco eos falsè traduxerunt *Jo. Balth. Schuppius* im *Teutschen Lehrmeister*; *Joach. Rachelius* in Satyrâ VIII. & *Christianus Weisius* in dramate vernaculo peculiari, *die zweifache Poeten Zunft* inscripto. Hanc excipiebat *Pegnesiorum Societas Pastoralis* (*die Pegnitzische Schæfer-Gesellschaft*) quæ à *Georgio Philippo Harsdörfero*, Patritio Norimbergensi, viro admodum erudito, excitata est. Ejus memoriam conservarunt, ut alios taceam, *Johannes Clajus*, & *Sigismundus Betulius* in quatuor partibus *der Pegnitzschæferey* ann. 1645. & sequentibus annis impressa. Legi etiam de Pegnesia hac Societate poterit ejusdem *Sigismundi Betulii* liber, quem *Seiner Magdalis Lieb- und Lob-Andencken* inscripsit p. 236. seq.

Or-

Ordinem Cygneum sive *den Elb-Schwanen-Orden* fundavit vir magnæ apud nos famæ *Johannes Ristius*, Comes Palatinus Cæsareus, Wedeliæ ad Albim Pastor, cui plures eruditi nomina dederunt. Institutum hujus Societatis & fata enarravit Collega istius *Candorinus*, hoc est, *Conradus ab Hœvelen* in libro vernaculo, cui titulus: *Der Zimberschwan, darinnen des Schwanen-Ordens Anfang, Zunehmen, Bewandnis, Gebräuche, Satzungen, Ordens-Gefässe, samt der Gesellschafter Ordens-Nahmen sind entworffen*, Lubecæ 1666. impresso. Idem etiam de eadem materia egit *in dem Thränfliessenden Zimberschwan, welcher aller des Schwanen-Ordens zu des Uhrhebers Lebezeit gewesenen Mitglieder Ordens-Nahmen, nebst sonderlichen Merckwürdigkeiten und andern Ordens-Bewantnissen eröfnet*; Lubecæ 1669. Post hæc *Christianus Franciscus Paullinus*, Medicus & Philologus Isenacensium doctissimus, ut lingua & poesis Germanorum magis magisque excoleretur, *Consilium* edidit *fundandi Ordinis Columbini*

laureati, atque id deinde *Memorabilium ſuorum ſacrorum & profanorum* ſive *der Zeitverkürtzenden erbaulichen Luſt* Tomo II. cap. 120. inſeruit; ſed ſucceſſu hactenus caruit, nec fuêre, qui nomina huic Ordini darent. Quamvis autem omnes hæ Societates in eo ſe exercuerint præcipuè, ut linguam noſtram emendarent, & puram inde fecatamque redderent, fato tamen neſcio quo accidit, ut finem optatum non fuerint conſecutæ. Iisdem enim, quibus fundatæ ſunt, temporibus, bello triennali funeſtis, multus miles externus Germaniam noſtram inundavit undique, ac bona verba plurima inſolentibus & peregrinis vocibus commutavit. Quo de malo *Baptiſta Armatus Vates*, *Thaloſus* (ſub quo nomine perſonato laudatus *Johannes Riſtius* latet) graviter conqueritur in tractatu Germanico, qui inſcribitur: *Rettung der edlen Teutſchen Haupt-Sprache, wider alle deroſelben muthwillige Verderber und alamodiſierende Aufſchneider in unterſchiedenen Briefen, allen dieſer prächtigſten und vollenkommenſten*

Spra-

Sprache auffrichtigen Teutſchen Liebhaberen für die Augen geſtellet, Hamburgi Anno 1642. Poſt Monaſterienſem vero & ſubſecutam Pyrenæam pacem Gallica potentia omnium mentes & linguas occupavit, & tot ubique Gallicæ linguæ, ex noſtra & Latina licet corruptæ, extiterunt admiratores, ut jam à quibusdam vix aliquid componi poſſit, quod luem hanc Gallicanam non redoleat. Quid? quod & ſunt, qui Gallicos lepores ab ore Germano exprimi poſſe negant, & laudi ſibi ducunt, Germanicam orationem comptulorum Gallorum centonibus variegaſſe. Unde doctiſſimus Berneggerus conqueſtus eſt, *in ſentinam durare noſtram lingvam, ad quam reliquarum ſordes torrente promiſcuo deferantur, & nos jam à Latinis, jam à Gallis, Hiſpanis etiam atque Italis mutuari, quod Dominaſcatur elegantius.* Doleo ſane hoc etiam ſuis præcepiſſe *Chriſt. Weiſium*, virum aliàs de re ſcholaſtica non male meritum, & aſſeclam in ea hæreſi habere diſcipulum quendam, cui fama vulgaris nomen aliquod fecit. Horum enim

rorum ſcriptis plebs in errore confirmata, & eò inſaniæ proceſſum eſt, ut ante aliquot annos integrum *Dictionarium* ederetur *Vocum Gallicarum, quibus ſermo Germanicus exornari*, ſi Dis placet, *poſſit*. Sed ego de elegantia, gravitate & copia linguæ noſtræ certus cum omnibus bonis odi hoc profanum vulgus & arceo; quod & in Belgio olim fecit *Corn. Kiliani*, qui Dictionario patriæ Linguæ ideo addidit *Appendicem peregrinarum, abſurdarum, adulterinarumque dictionum*, ut agnitæ eò facilius evitarentur.

Cap. XIII.

De iis, qui præterea ſub finem ſeculi XVI. de originibus noſtræ linguæ curioſi fuerunt.

SEd ad finem Seculi XVI. redeundum eſt, quo vivebant in republ. literaria, & quidem hiſtoriarum ſtudiis celeberrimi viri, *Reinerus Reineccius*, *Henricus Meibomius*, Profeſſores noſtrates, & *Petrus Albinus*, Hiſtoriarum Profeſſor Wittebergenſis, qui in ſcriptis cedro dignis nullam

nullam ſtudii Etymologici Germanorum bene conſtituendi & promovendi occaſionem prætermiſerunt : Albinus præterea in Progymnasmatibus novæ Saxonum hiſtoriæ Wittebergæ 1587. editis p. 39. *commentarium de lingua Teutonica* ſe ſcripſiſſe teſtatur, qui ſi alicubi adhuc in Saxonia lateret (certe enim aliqua ejus ſcripta anecdota apud amicum latere ſcio) ut tandem in lucem prodiret, è re omnium literatorum eſſet.

In Batavis *Bonaventura Vulcanius*, Græcarum literarum callentiſſimus, aliquam pariter curam patriæ rebus adhibuit, & Lugduni anno 1595. *Paulum Warnefridi de Geſtis Longobardorum* ad veteres codices emendatum, anno verò 1597. *Jornandem de rebus Geticis, regnorumque & temporum ſucceſſione* nec non *Iſidori Chronicon Gothorum, Vandalorum, Sueborum & Wiſigothorum* &c. edidit una cum ſuis *notis & Tractatibus*, quorum paulo ante mentio facta, *de literis & lingua Getarum ſive Gothorum* & de notis Lombardicis. His adjunxit *ſpecimina variarum Linguarum, ut Gothicæ,*

thicæ, veteris Teutonicæ & Gallicæ, Anglo-Saxonicæ, Perſicæ cum Germanica convenientis Cantabricæ, Friſicæ, Wallicæ, Islandicæ & Nubianorum.

Sub idem tempus *Juſtus Lipſius* è Jenenſi Academia, ubi Profeſſor Eloquentiæ fuerat, profugus Lovanii degit, atque ob profundam antiquitatum Romanarum ſcientiam, & ſtylum ſingularem, omnium eruditorum admirationem in ſe convertit. Neque tamen in iis adeo defixus fuit, ut non interdum etiam ad patriam linguam ſtudium ſuum verteret. Provoco ad elegantiſſimam ejus Epiſtolam XXXIII. Centuriæ III. ad Belgas, ubi Henrico Schotto Becanianam de linguæ Belgicæ portentoſa antiquitate ſententiam ridendam propinat, & patrii ſermonis mutationes per diverſa ſecula attingit, eaque occaſione utiliſſimum *priſcæ Germanicæ linguæ Gloſſarium* è *veteri Pſalterio Wachtendonckiano interlineari* Caroli M. ævo ſcripto excerptum inſerit, quod deinde *Olivarius Vredius* in Additionibus *libri II. prodromi Hiſtoriæ Comitum Flandriæ* pag. 22. etiam recenſuit.

In ipſo nobi ſummovi

CAP.

Cap. XIV.

De editione paraphraseos Teutonicæ in Canticum Canticorum, quæ Willeramum autorem habet. Qua occasione variæ Lectiones, ex MSto P. Scriverii inseruntur.

Paulus Merula Dordrechtanus, JCtus & Historicus non infimæ notæ, Lugduni Batav. tum Professor, sed deinde Lipsii successor factus, eximio beneficio philologos nostros demeritus est, cum edidit *Willerami*, qui circa an. 1070. Abbas Merseburgensis in Saxonia fuerat, *Paraphrasin geminam in Canticum Canticorum, quarum prior rhythmis Latinis, altera veteri lingua Francica concepta est:* Addidit *Jani Houteni*, Secretarii urbis Lugdunensis, versionem Batavam, & docti cujusdam anonymi notas in Francicum textum. Editio hæc Merulæ *Lugduni Batavorum ex Officina Plantiniana apud Christophorum Raphelengium, Academiæ Typographum, M D IIC.* excusa est. Post-

ea

ea *Franc. Junius Observationes in Willerami Abbatis Francicam Paraphrasin Cantici Canticorum* Amstelodami suis typis & sumtibus anno 1655. in lucem emisit. Ubi notandum, hos duos diversos libros confusos esse in *Catalogo veterum librorum Septentrionalium Hickesii*, atque erronee etiam Willeramum a P. Merula sub Raphelengii nomine publicatum dici in *Theatro Anonymorum & Pseudonymorum Placciano*, cum & editoris P. Merulæ & typographi Raphelengii nomen in titulo libelli sit expressum. Interim dolendum est, non adeo curatè descriptum & præterea mutilum fuisse exemplar, unde editio facta. Deest enim notabilis *Willerami Præfatio Latina* à *Mart. Opitio* in Animadversionibus ad Rhythmum de S. Annone è MSto veteri Mich. Flandrinii Senatoris Wratislaviensis (unde & textum se locis infinitis emendasse dicit) prolata. Servatur jam codex ille, quem ferme ob characterum formam antiquam authenticum dixerim, inter rarissima Bibliothecæ Rhedigerianæ MSta; mihique Wratislaviæ

à Cla-

à Clariſſimo viro *Gotlob Krantzio*, Hiſt. & Eloqu. Profeſſore ac Bibliothecario, benevole olim ad inſpiciendum exhibitus eſt. Alius Willerami Codex MStus non minoris ponderis extat in Bibliotheca Vindobonenſi, unde Lambecius aliquot verſuum lacunam explevit. Pagina enim 161. poſt verſum,

Omnibus in populis dignis habitanda colonis,

in Codice iſto ſequuntur hi quatuor in edito exemplari non comparentes:

Hanc qui plantavit, cuſtodibus ipſe locavit
Eccleſiæ ſponſus culturam impendere promptus.
Spiritibus ſuperis Doctoribus atque prophetis
Hanc defendendam contradidit atque colendam.

Horum verſuum translatio Germanica in eodem MSto extat hoc modo concepta: *Dér Hêrro dér dén vvíngarton pflánzheta, dér hât imo vvínzhúrnela gezetzbet. Min ſponſus hât ſine eccleſiam biderben agricolis beuolehan, prophetis, Apoſtolis, Doctoribus. Er hat iro oûh*

ôûh geſcaffet diu Angelica præſidia, mit den ſiu bevvâret vvirdit contra tentationes & dæmonum infeſtationes. Gerardus Joh. Voſſius de Vitiis Sermonis libro II. c. 5. meminit alius in vetuſtiſſimis membranis exarati codicis apud ſe extantis. Nuper etiam in Bibliotheca Guelferbytana inveni editionem Cantici Willerami, cujus margini manus erudita, Petri, ut ſuſpicor, Scriverii, varias lectiones ex MSto bonæ notæ addiderat. Nec grave erit Lectori benevolo, ſi illas hoc loco in gratiam Criticorum Germanicorum excerpam.

Pag. 2. lin. 21. jugethet) MS. *gejunget.*

Pag. 6. l. 25. mer in ſine genathema) MS. *mich in ſine gegathema.* v. infra p. 42.

Pag. 8. l. *antepenultima:* getzheit) MS. *gezélt.* Sic etiam Junius in notis legit.

Pag. 9. l. 2. wildeshuda) *vilzhus.*

Ibid. l. 10. werthich) *vvirdig.*

Ibid. l. 23. gelouuon) *geloiben*, id eſt, *velante.*

Ibid. l. 26. geburede) *bûrete.*

Pag. 12. l. 1. herdniſſe) *córteron.* Hæc vox pro *grege* & infra pag. 65. occurrit.

Ibid.

Ibid. lin. 20. gewelich) *jegelich.*
Ibid. l. 21. herdniſſe) *cortere.*
Pag. 14. l. 3. herdniſſe) *cortere.*
Ibid. l. 5. herdon) *hirto.*
Ibid. l. 13. herdan) *hûotent.*
Ibid. l. 14. herdniſſe) *córtare.*
Ibid. l. 16. newerthen) *ne werthen.*
Ibid. l. 20. friundin na min gemaazot minemo reydewaganon) *friundinna min geebenmázzo minemo reitgeſinde an den reydewaganon.*
Ibid. l. 30. ſamo turtulduuan) *ſamo dero turtulduuan.*
Ibid. l. 35. 36. ſmithe ſcirethe) *ſmidezie-reda.*
Pag. 15. l. 4. doychne) *tóugene.*
Ibid. l. 12. lampreythe wiſe gebreyde) *lantfride wiſe gebrôchta.*
Ibid. l. 19. vurebringan.) *vurebringan, quod per argentum figuratur.*
Pag. 16. l. 30. ſalfwerz) *ſalfuurz.*
Pag. 17. l. 32. in thero douphe gereynet) *in thero douphe iro ſúnton gereynet.*
Pag. 18. lin. penult. veychenes) *feyche-nes.*
Pag. 21. l. 12. allizana) *alliz ana.*

Pag. 23. l. 27. apheldera) *affaltera.*
Pag. 24. l. 9. vana thiu then con) *vone dannen dingon.*
Ibid. l. 10. mer) *mich.*
Ibid. l. 13. winkelnere) *winkellare.*
Ibid. l. 32. verthruzet) *bedruozet.*
Pag. 26. l. 29. bi then reion ande bi then hirzon) *bi then rehegeizzon unte den hirzon.*
Ibid. l. 31. noch wachan no doth) *nohne munteret.*
Ibid. l. 33. drephed) *treffet.*
Pag. 27. l. 7. in ſlapho) *in ſlaffen.*
Pag. 28. l. 26. huuela) *búhela.*
Pag. 29. l. 7. houg) *hébig.*
Ibid. l. 23. wardet van ten linebergon) *wardet uz van den linebergon.*
Ibid. lin. ult. ſprechet ze mer) *ſprechet ſus ze mer.*
Pag. 32. l. *antepenult.* ſuor her) *beſuor her.*
Ibid. l. *penult.* eynegemo ungeſtiuro) *decheinemo ungeſtûome.*
Pag. 33. l. 7. hinan) *hina.*
Ibid. l. 12. Ter was) *É was.*
Ibid. l. 17. heyderhed) *hiettere.*

Pag.

Pag. 34. l. 34. ande veſto bin) *ande dín veſto bin.*
Pag. 35. l. 7. gethinga) *gedinge.*
Ibid. l. 26. luchent) *lichent.*
Pag. 37. l. 27. er ſie) *obe ſie.*
Ibid. l. 31. zueyuet) *zewérfet.*
Ibid. l. 34. verwinnene) *uberwintene.*
Pag. 39. l. 15. enquethen) *enquédan.*
Ibid. l. 19. 20. wereldliche thimſterniſſe) *werliche vinſtre.* Eodem modo in hac pagina lin. 27. 28. legitur.
Pag. 40. l. 3. ſido) *ſito.*
Ibid. l. 7. gitthewanne) *eteswanne.*
Ibid. l. 9. gittheswilcharo) *eteslichemo.*
Ibid. l. 9. 10. doychene) *bôichene.* i. nutu.
Pag. 43. lin. 12. eynech) *dechein.*
Pag. 46. l. 15. riuchgerda) *roubgerta.*
Ibid. l. 16. wiroche) *wibrouche.*
Pag. 49. l. *antepenult.* thihe) *diébe.*
Ibid. l. *penult.* poſt verbum *nagheuorghta*, ſequitur in MSto : *Das bette veri Salomonis, das iſt Eccleſia, in iro rouuet er, alſo der mán in ſinemo bette.*
Pag. 50. l. 1. thimſterniſſe) *finſtre.*

Pag. 50 l. 9. 10. nu niwanne ne verthruzet) *númene bedrhuzet.*

Ibid. l. 15. vúelo vorare, id est, Diabolus) *úbelo hûorere, id est Diabolus mœchus.*

Ibid. l. 17. thihe) *diéhe.*

Ibid. l. 19. bethuwan) *bedûban.*

Ibid. l. 30. thiu was guldin.) *thiu was guldin unte diu ſtéga diu was rôth.*

Ibid. l. 33. gegradet) *geſclihtet.* v. p. 52 l. 6.

Pag. 52. l. 13. brothe) *brode.*

Pag. 55. l. 11. freuwe) *fréwede.*

Ibid. l. 16. wereldligh) *wéhrlich.*

Ibid. l. 18. thorninan) *durninon.*

Ibid. l. 25. unthankes) *ingratiis.*

Ibid. l. 29. withemo) *widemes, i. dote.*

Pag. 64. l. 29. inliche) *in lachenes.*

Pag. 65. l. 9. inlichenes) *in lachenes.*

Ibid. l. 16. ſcorenon) *geſcorenon.*

Ibid. l. 17. Zuine lero) *zuinelero.*

Ibid. l. 19. unbarius) *unbirig.*

Ibid. l. 30. zu themon ewinlichon liue) *ze demo ûht hûffen, id eſt, adme.*

Pag. 66. l. 16. 17. lepphan) *leffa.*

Ibid. l. 23. alſo coccus) *alſo der coccus.*

Pag.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [141] - 133
PUBLIC DOMAIN

Pag. 66. l. 33 inlichenes) *in lachenes.*
Pag. 67. l. 1. guodlichant) *guotlichent, gloriantur.*
Ibid. l. 9. ouene gewrocht) *ouene anegewrocht.*
Ibid. l. 19 doychene) *toúgene.*
Ibid. l. 25. armſtrangigh) *armſtrangir.*
Ibid. l. 37. firmiſſima munimenta) *wábſen geſcóz.*
Pag. 68. l. 6. warningan) *árnungo.*
Ibid. l. 12. reion) *rébegeiſſe.*
Ibid. l. 26. clare) *waſſe.*
Ibid. l. 36. wereldthimſtre) *wereld ſinſtre.*
Pag. 69. l. 8. huuele) *búbele.*
Ibid. l. 13. goden willon) *diemûotigen.*
Ibid. l. 17. ze einer genodo) *zéinerguote.*
Ibid. l. 29. legor) *lûoger.*
Ibid. l. 37. thurgnatigh) *durhnabtig i. perfecta.*
Pag. 70. l. 21. hare) *vabſtrênen.*
Pag. 71. l. 19. vure cument) *vurecumens.*
Ibid. l. 21. ieer) *ie ér.*
Pag. 71. l. 31. hunich) *wábo.*
Pag. 72. l. 1. miloche) *lacte.*
Ibid. l. 6. ſo wether) *ſuédir.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [142] - 134
PUBLIC DOMAIN

Pag. 72. l. 10. flozhaft) *flozhafter.*
Pag. 73. l. 3. ze eriſt) *zêeriſt.*
Ibid. l. 25. thinga) *gedinge.*
Ibid. l. 26. mit rore gratiæ) *die werdent mit rore gratiæ.*
Ibid. l. 31. thihent) *dihent.*
Ibid. l. 36. alii genera linguarum) *alii gratia ſanitatum, alii genera linguarum.*
Pag. 74. l. *ult.* leuenda) *lébentegaz.*
Pag. 75. l. 8. ſtanches) *quekke.*
Ibid. l. 12. gekniſedon) *geſéroton.*
Ibid. l. 15. tiuhze) *tîuhte* i. döſe.
Pag. 81. l. 2. ſmethelichon) *ſmeichlichen.*
Ibid. l. 3. liſne ſuthene wind) *lindo ſundene wind.*
Ibid. l. 4. muga dir) *mugat ir.*
Ibid. l. 5. gederan) *getaren.*
Ibid. l. 5. macho dir) *machot ir.*
Pag. 82. l. 14. 15. ſumeſtund mit duris tormentis, interdum mollibus blandimentis) *ſumſtund mit ége forhta, ſumſtunt mit ſmeiche.*
Ibid. l. 18. ſlafto) *ſlaffon i. pigreſco.*
Pag. 85. l. 19. ſlaftheyde) *ſlafheite.*

Pag.

Pag. 85. l. 20. ſcule dir) *ſculet ir.*
Pag. 86. l. 9. eine wiila) *ettenwilo.*
Pag. 89. douwes) *toiwes.*
Pag. 90. l. 22. wirthegaro ruowon trahene) *wirdegero riuwon záheron.*
Ibid. l. *ult.* flagella) *flagella, crucem.*
Pag. 92. l. 4. zerennet) *zeſloezet.*
Ibid. l. 16. erougade) *oigte.*
Ibid. l. 17. niet ſin. ande) *ih nit erwerben. Ih bat in.*
Ibid. l. 23. murhodela) *mûr hûotera.*
Ibid. l. 31. ſcarph) *wás.*
Ibid. l. 36. *hardo geſeret*) *hardo compuncta unte geſeret.*
Pag. 93. lin. 11. thar) *thas.*
Ibid. l. 14. ouerthruze) *urdrúzze.*
Pag. 95. l. 14. niudſamere) *nieter.*
Pag. 99. l. 28. hominum. Peccatum) *hominum. Er iſt candidus & rubicundus. Candidus iſt er von dero mâgede gebórener, unte aller ſúnton ánig. Peccatum &c.*
Pag. 100. l. 7. vupfela) *wipfela.*
Pag. 101. l. 10. luzzeron) *lûteren.*
Pag. 102. l. 22. ſinowolde) *ſinewel.*
Ibid. l. 23. gethrat) *gedrát.*

Pag. 102. l. 24. threxlere) *drehſel.*
Ibid. l. penult. ſinowolde) *ſinewél.*
Pag. 103. ſcundont) *ſcúntent.*
Pag. 104. l. 7. houch) *heuig.*
Ibid. l. 15. all) *aller.*
Pag. 112. lin. 31. mitheware biſtu ſamo Hieruſalem) *mitheware biſtu, quia fraternam pacem diligis; ziere biſtu ſamo Hieruſalem.*
Pag. 113. l. 11. 12. mine hinan flught) *mih hine flúkke.*
Ibid. l. 17. 18. gethanko) *gedinge.*
Pag. 115. l. 5. 6. hiro muoder) *iro muotir, unte erwelete iro muotir.*
Ibid. l. 29. lucra.) *lucra, die ſie von iro habont.*
Ibid. l. 33. ſamo thiu wolegethrangoda zeltſcara) *ſamo thiu ſunnan, égelih ſamo thiu wolegethrangoda zeltſcara.*
Ibid. lin. *ult.* hoogh) *héuig.*
Pag. 116. l. 1. 2. thihet) *dihet.*
Pag. 118. l. 22. ande) *unte abo ne gratia ejus in me varia ſit, al die wila ſo die fideles ejus hic ſint circumdati teſta corporis; unte.*
Pag. 127. l. 7. ſcuohe) *geſcuohe.*

Pag.

Pag. 127. l. 12. festinas) *wilt.*
Ibid. l. 20. Thaz geknuffe) *die gesuogede.*
Pag. 128. l. 12. thraxlere) *drahsel.*
Ibid. l. 33. triticum. Wollent, &c.) *triticum. Wollent sie radicem mittere deorsum, so mugen sie facere fructum sursum. Wollent, &c.*
Pag. 129. l. 31. mit acuta) *mit mundicia mentis & corporis unte mit acuta, &c.*
Ibid. l. *ult.* elphandinin) *helfent beininaz.*
Pag. 130. l. 6. 7. doichene) *toigene.*
Ibid. l. 8. elphandinimo) *helfentbeinemo.*
Ibid. l. 9. 10. auditoribus) *subjectis.*
Ibid. l. 15. ze Esebon, vore thero porte) *ze Esebon, dieder suébent vore thero porte.*
Pag. 131. l. 32. zuein trugelin) *zâuve trugelinen.*
Pag. 132. l. 6. Carmeli, uor) *Carmeli. Ábo.*
Ibid. l. 28. 29. weleluſten) *zartluſten.*
Ibid l. 37. gewasduom) *gewaſt.*
Pag. 135. l. 26. zidech) *zideches.*
Pag. 137. l. 4. marthe) *márada.*
Ibid. l. ult. truchenne) *zeitedrúkkene.*

Pag. 138. l. 5. bilithlih) *billih.*
Ibid. l. 10. beuele) *beuélehe.*
Pag. 141. l. 9. ghie) *gen.*
Ibid. l. 12. do) *tûon.*
Ibid. l. 15. geſcaphe) *ſcaffe.*
Pag. 142. l. 14. vilothrado) *vilo dráho.*
Pag. 143. l. 8. geartzatant) *gearzenont.*
Pag. 146. l. 13. vorkuze) *vermáne.* v. infra p. 163.
Ibid. l. 24. ande thin) *ande ich thin.*
Pag. 147. l. 4. gethingon) *ſpero.*
Ibid. l. 11. gethruhtan) *gedúhtan.*
Ibid. l. 30. garewa) *garéuvo.*
Ibid. l. 32. geſende) *jeſende.*
Ibid. l. 38. an ſlaphon) *in ſlâfen.*
Pag. 149. l. 8. ni wecchet, unzen &c.) *ni wecchet, noh ne múnteret, unzen &c.*
Pag. 150. l. 7. 8. woleluſt en ouerfluoiende ande ſich neigande) *zártlicho gefuôretin ande ſich leinente.*
Ibid. l. 9. hough) *héuig.*
Ibid. l. 15. repromiſſionis, ande nendet) *repromiſſionis unte labet an iro die wâhe allir ſlahte túgede unte nendet.*
Pag. 151. l. 26. thihet) *dîhet.*
Pag. 152. l. 9. niderenda) *ni táreta.*

Pag.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [147] - 139
PUBLIC DOMAIN

Pag. 154. l. 34. loghent) *lohezent.*
Pag. 155. l. 8. listeliche) *lústlich.*
Pag. 157. l. 19. rades) *rátes.*
Ibid. l. 22. vougen) *vioge.*
Ibid. l. 28. thus) *fús.*
Pag. 160. l. 15. ouer drephent) *ouerdrephent.*
Pag. 161. l. 26. Ecclesiam in Judæa) *Ecclesiam quæ est vinea sua. Ih ne meinon niht die Ecclesiam in Judæa.*
Pag. 163. l. 28. verkiusest pro spe) *verkiusest unte vermanest prospe.*
Ibid. l. 30. 31. cœlestium præmiorum gloria) *copia cœlestium præmiorum.*
Ibid. l. 33. winnont) *unte winnont.*
Pag. 167. l. 9. 10. thie man sumestunde sihet) *thie man sumstund sihet, sumstunt niene sihet.*

Hæ sunt variæ lectiones Willerami, quibus uti poterunt aliquando, qui scriptorem hunc recudi curabunt. De cætero Paraphrasis Cantici Theotisca ab ipso Willeramo etiam Latinis verbis concepta est, & extat hujus Translationis Latinæ vetus exemplar in membrana exaratum inter Codices Gudianos, quos nuper non

non parvo ære redemtos Guelferbytanæ Bibliothecæ, Illuſtris Leibnitii hortatu, addidit Sereniſſimus Dux noſter. *Gloſſarium e Francica interpretatione Willerami in Canticum Canticorum Olivarius Vreedius* confecit, additâ expoſitione Flandrica & Latinâ & adnotatis ſingulis foliis Raphelengicæ editionis. Extat id in Additionibus ad Hiſtoriæ Comitum Flandriæ librum prodromum II. pag. 30. ſq.

Cap. XV.

De Helvigii, Freheri, Heniſchii, Zinzerlingii, Jungii, & Sviceri ſtudio originibus & Lexicis Germanicis colligendis impenſo.

Anno 1611. *Andreas Helvigius*, origine Pomeranus, *Etymologiarum, ſive originum Germanicarum* librum inſtinctu Laurentii Rhodomanni primum collectum, Francofurti publicavit, in quo plura ſunt, quæ eodem tempore cogitaverat & ob-

& obſervaverat Mylius ſupra citatus. Anno 1614. res Germanorum literaria morte *Marquardi Freheri* JCti & Philologi celeberrimi jacturam irreparabilem fecit. Neque enim ille ſolum edendis & explicandis *ſcriptoribus* medii ævi *Francicis*, *Germanicis* & *Bohemicis*, variisque Juris publici materiis elaborandis incubuerat; verum etiam rem noſtram Etymologicam ob ſingularem ejus in ſtudiis hiſtoricis uſum tandem aliquando bene conſtituere voluerat. Communicavit mecum Vir maximè Reverendus atque omnis eruditionis promotor indefeſſus *Polycarpus Lyſerus*, S. S. Theol. Doctor & Superintendens Generalis Ducatus Luneburgici, exemplar Codicis Legum Heroldini, cujus margines Freherus notabilibus obſervationibus ſuis in loca legum difficilia paſſim implevit; ibi ipſemet ſæpius allegat *Commentarium ſuum de veteri Germanica lingva vel origine ejusdem.* Opus egregium fuiſſe quis dubitet, cum doctiſſimus vir optima ad illa ſubſidia ex celebri Bibliotheca Palatina, quæ jam Vaticanæ pars eſt,

cm ad Lib. ad Zupitz. Bal. p. 36

est, habere potuerit, atque ipse insignem supellectilem librariam possederit, unde quædam postea in Augustam Bibliothecam Guelferbytum venerunt. Est inter reliquias illas Codex MStus, qui Chronicon ineditum ab initio mundi ad annum 1162. progrediens complectitur, in eo Freherus *volumen duodecimum diplomatum* à se collectorum alicubi ad marginem citat, ex quo de apparatu ejus reliquo ad hoc negotium judices. Laudatæ interim origines Germanicæ linguæ, quæ tristia fata habuerint, è Martini Opitii epistola ad Jo. Elichmannum anno 1638. data, quam nondum editam Amplissimi Felleri, Secretarii Ducis Saxo-Vinariensis, beneficio possideo, patet. Ibi enim Opitius: *De Glossario Freheri, quod quæris*, ait, *vix illud reperiri posse uspiam existimo. Vidua enim illius Doctissimi Viri, ex equestri apud Silesios Bochiorum familia, ut famæ ita bonorum negligentior, tantum non mature decoxit, & Bibliothecam insignem, Lingelsbemio, Grutero, aliisque obstantibus nequicquam, perire misere passa est.*

Vixit

Vixit tamen apud illum annos aliquot homo non ineruditus, qui origines Germanicorum vocabulorum ad reprehensionem usque rimari solebat & talia schedis vix ingenti schista continendis mandaverat, quæ forte latent Argentorati apud Bernegerum illi familiarem. Ne tamen planè nulla philologiæ Freherianæ specimina habeamus, faciunt eruditi ejus *Commentarii in Constitutionem Karoli III. de Expeditione Romana; in Formulas Fœderis Ludovici Germ. & Caroli Galliæ Regum anno 842. percussi;* in *Orationis Dominicæ & Symboli Apostolici Alemannicam versionem vetustissimam*, in *Decalogi* item *Orationis, & Symboli Saxonicam versionem vetustissimam*; atque *dissertatio, qua proprie lingva prisci Francorum Reges usi;* in quibus omnibus peritè vetera vocabula exponit, & quomodo nostra ex iis prodierint, ostendit.

Altero post Freheri obitum anno *Georgius Henischius*, Med. Doctor, & Mathematicus Augustanus, *Thesaurum linguæ & sapientiæ Germanicæ* Augustæ Vindelicorum edidit, in quo, ut autor ait,

ait, omnia vocabula Germanica, tàm rara quàm communia cum ſuis Synonymis, derivatis, phraſibus, compoſitis, epithetis, proverbiis, antithetis continentur, & Latinè ex optimis quibuscunque autoribus redduntur, ita ut nova hac & perfecta methodo quilibet cum ad plenam linguæ utriusque cognitionem, tum rerum prudentiam facile & cito pervenire poſſit. Sed usque ad literam G. ſaltem opus laudabile impreſſum extat. Poſt eum *Joh. Bernhardus Zinzerlingius*, Profeſſor Roſtochienſis, *Lexicon Germanicum* concinno quidem ordine digeſit, ſed immaturum illud reliquit autor præmaturè defunctus, cujus Morhofius Polyhiſt. liter. lib. 4. mentionem fecit. Voluit etiam *Joachimus Jungius*, Rector Gymnaſii Hamburgenſis, & Philoſophus inſignis, in hoc campo deſudare, & recenſet Martinus Vogelius in Vita ejus *Lexici Teutonici initia* inter ſchedas ab eodem relictas, quæ poſtea majorem partem igne ſunt conſumtæ. *Lexicon Germanicum* elaborare ſimiliter voluiſſe *Jo. Caſpar. Svicerum*, Theologum Tiguri-

gurinum ex Caroli Etzardi Bœdikeri Epiſtola ad Hier. Ambroſium Langenmantelium Patritium Auguſtanum intelligo.

Cap. XVI.

De Cluveri & Pontani ſcriptis & diſceptationibus, qua occaſione etiam de priſca Britannorum & Gallorum lingva quædam afferuntur. De Broweri item libris, in quibus linguæ Germanicæ antiquitates illuſtravit.

EOdem anno 1616. *Philippi Cluveri libri tres Germaniæ antiquæ* Lugduni Batavorum lucem viderunt. In iis doctiſsimus autor, & Geographorum ſui ſeculi Princeps, Germanorum veterum origines, migrationes, lingvam, conſvetudines & mores, geſta denique & regiones ex ultima vetuſtate, ſtupenda diligentia eruit, expoſuit, & decem linguas Europæas callens, quid noſtris in ſtudiis

Etymorum scientia profit, ubique selectissimis exemplis demonstratum vvit. Adversabatur ejus de *tribus Rheni alveis* sententiæ *Jo. Isaacius Pontanus*, Helsingorâ Selandus, Historicus, Mathematicus & Medicus præclarus, tum in *disceptatione de Rheni divortiis, ostiis & populis accolis chorographicarum partibus duabus*, tum in pereruditis *Originibus Francicis* Hardevici 1626. impressis, quarum libro primo ferè integro de hoc flumine agit, ut commodius ostenderet, quomodo Franci, Rheno transmisso, victisque Romanorum præsidiis in Gallias irruperint, addita & descripta ex opposito universa propemodum Germania. De Lingva Francorum vetere ibidem solicitè disquirit, de qua forte porrò quædam attigit in *Apologia pro Originibus Francicis adversus antagonistas duos, Gallum alterum, alterum Leodicensem anecdota*, cujus mentio sæpius repetitur in Epistolis Boxhornianis. Idem Pontanus veras nominum rationes passim reddit in *Historia Danica & Geldrica*, atque etiam primus exactius voces veterum Gallorum in Au-

to-

toribus antiquis extantes collegit, & inde *Glossarium priscum Gallicum*, Lugduni 1606. cum ejusdem *itinerario Galliæ Narbonensis* excusum, confecit. In iisdem vocibus explicandis post Pontanum se exercuerunt *Anton. Dadinus Alteserra* in Aquitanicis, *Cambdenus* in Britannicis, *Vredius* in Flandricis, & cæteri, ut adeo nobis hinc jam satis superque constet, Tacitum in vita Agricolæ rectè judicasse, *ab idiomate Gallico Britannicum sermonem haut multum esse diversum.* Superat hæc vetus sive Cambrica sive Gallica lingua, corrupta licet aliquantum in Britannia Galliæ, & Wallia Angliæ provincia, & arctiorem cum Germanica connexionem habet, quam cum Hebræa, licet eam ab hac derivatam esse nobis persvadere velit *Johannes Davisius*, Theologus Anglus, *in Lexico Britannico-Latino* Londini 1632. publicato, unde excerpsit *Marc. Zuerius Boxhornius Antiquæ lingvæ Britannicæ Lexicon Britannico-Latinum*, quo Gallicarum originum suarum editionem posthumam 1654. Amstelodami à Geor-

1621. Jan. 15 Gron

gio Hornio factam, illustravit. Davisium secutus est *Samuel Bochartus* Gallus, & veterum Gallorum voces in suo *Phaleg* pariter à Phœnicibus suis petiit, cujus tamen opinioni Boxhornius, meliora edoctus, in citatis modo *Originibus Gallicis* quædam opposuit. Non confundendus autem cum Jo. Davisio est *Johannes David*, Rhoesus Monensis, Medicus, qui *Cambro-Britannicæ linguæ institutiones & rudimenta* Londini 1592. edidit, anno 1621. ibidem recusa.

Anno 1617. abiit ad Patres *Christophorus Browerus*, Arnhemensis Gelder, S. J. & Philosophiæ Lector Trevirensis, postea Fuldensis Collegii Rector, cui plurimum debet antiquitas nostra. Edidit ille *Venantium Fortunatum* & *Rabani Mauri Poëmata* cum notis suis; *Sideræ illustrium & sanctorum virorum, qui Germaniam præsertim magnam olim rebus gestis ornârunt*, e MStis eruit; & *Antiquitatum Fuldensium libros IV.* publicavit, in quibus omnibus rei Germanorum etymologicæ, data occasione, vacavit. Magis tamen id sibi negotii da-

datum credidit in *Antiquitatibus Annalium Trevirenſium*, quas Archiepiſcopi Trevirenſis juſſu oppoſuit *Gvilielmi Kyriandri Annalibus Auguſtæ Trevirorum*, anno 1576. in Comitiis Ratisbonenſibus Maximiliano II. oblatis & 1625. impreſſis. Browerianus vero labor, cui triginta annos integros impenderat, ſingulari fato detentus, anno demum 1626. Coloniæ per Bernh. Gualterum typis ſubditus eſt; & mox ab invidis & rei hiſtoricæ oſoribus ſuppreſſus non ante comparuit in publico, quàm hinc atque inde mutilatus, atque à Jacobo Maſenio tribus libris non adeo magni pretii auctus ac paſſim interpolatus eſſet. Hæc ultima editio duobus in majori forma Tomis Leodii 1670. in vulgus emanavit. Horum Annalium Paraſceves capiti decimo Browerus *Diſſertationem de veteris populi Trevirorum lingva* non ineruditam inſeruit, eique *Legem Ludovici Pii Imp. & Lotharii ejusdem filii, de homine libero, ut poteſtatem habeat, ubicunque voluerit, res ſuas dare*, in linguam Theotiſcam eadem ætate translatam,

atque ex codice vetuſto Bibliothecæ primarii templi Treverici depromptam adjecit. In Annalium quoque prioris Editionis libro octavo & paſſim voces infimæ Latinitatis & Teutonicas in Chartis, Donationibus, librisque bonorum Monaſticorum Catalogos exhibentibus, obvias ex *Cæſarii Monachi Heiſterbacenſis & Exabbatis Prumienſis Gloſſario Manuſcripto* declaravit. Hoc Gloſſarium ego jam integrum & reliquiis literariis Reverendi quondam Patris Gregorii Overhami, Præpoſiti Monaſterii Ludgeriani propè Helmeſtadium, beneficio R. P. Roberti Verbockhorſt, qui eidem Monaſterio, dum hæc ſcribo, ſumma cum laude præeſt, accepi ac inter cimelia critica aſſervo. Ut autem, quod res eſt, ex ipſius Cæſarii Præfatione ad Fridericum Abbatem Prumienſem exponam. Aſſervabatur Prumiæ liber antiqvus, anno DCCC XCIII. exaratus, jura & reditus Monaſterii continens, hunc Cæſarius deſcripſit integrum, mutatis ſolummodo nominibus villarum, quæ ex longævitate barbara quaſi videbantur,

Gram-

Grammaticæ verò ſtylum ob antiquitatis reverentiam retinuit illæſum. Vocabula tamen juridica & ex Theotiſco idiomate deſcendentia atque obſcuriora ſemper additis expoſuit gloſſis, quæ Criticis Germanicæ Studioſis uſui non parvo eſſe poſſunt.

Cap. XVII.

De Lexicis & libris Juridicis, Germanorum verba obſcuriora explicantibus.

IN Legibus, Statutis & Conſtitutionibus Imperatorum, Regum, Principum, Populorum & Communitatum multa verba proceſſu temporis rara, obſcura & difficilia ſcitu fieri, manifeſtum eſt; cum tamen accurata talium ſcientia ad intellectum Legum pertineat omnino & à perfecto JCto requiratur. Inde autem ſequitur, bonum JCtum etiam debere bonum eſſe Criticum atque etymologum accuratum. Veteres JCtos Romanos hæc optime perſpexiſſe ex Gellii lib. 13. cap. 24. diſcimus, ubi Phavorinus

commemorat *libros rerum verborumque veterum*, atque ex iis explicat differentiam vocum *prædæ* & *manubiarum*. Labeo Antistius JCtus celeberrimus, eodem Gellio l. 13. cap. 10. autore, in Grammaticam sese atque Dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat; Latinarumque vocum origines & rationes percalluerat: atque ea præcipuè scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Idem Gellius adducit *Verrii Flacci* librum *de obscuris Catonis*, quem Macrobius ob singularem juris Pontificii scientiam extollit. Quid? quod omnes ferè, qui de Originibus Lingvæ Latinæ olim scripserunt, JCti professione fuerunt. Ac Duarenus, Cujacius, Budæus, Hottomannus, Godofredi, & reliqui Jurisprudentiæ restauratores sæpe nodos juris Gordios ope Criticæ artis secuerunt. In variis Germanorum Juribus patria lingua literis mandatis, quorum maximus usus est in foro nostro, non minore opus est curâ ad explicanda loca difficilia, & sæpius verbum male intellectum aut cæspitare

tare aut labi facit Jurisperitos etiam celebres. Senſit hoc *Paulus Matthias Wehnerus*, JCtus non incelebris atque Epiſcopi Bambergenſis Conſiliarius, & inſcitiæ aliorum ſubveniens edidit 1619. *Obſervationes Practicas*, in quibus difficilia & obſoleta verba Germanorum Juridica magna cura expoſuit. Iterata vice prodierunt illæ Argentorati 1700. hoc ſub titulo: *Pauli Matth. Wehneri JC. & Comitis Palatini Cæſ. itemque Joh. Rudingeri JC. Obſervationum Practicarum editio noviſſima cum notis diverſorum JCtorum accuratiſſimis, additionibus, indicibus & Præfatione Jo. Schilteri.* Wehneri exemplo *Chriſtophorus Beſoldus*, vir ſuo ævo doctiſſimus, Cæſaris & Electoris Bavari Conſiliarius, & Profeſſor Juris primum Tubingæ, deinde, ex Lutherano Romano-Catholicus factus Ingolſtadii, anno 1629. Tubingæ in lucem emiſit *Theſaurum practicum, continentem explicationem terminorum atque clauſularum in Aulis & dicaſteriis Romano-Germanici Imperii uſitatarum; ubi ſimul quam plurima ad ſta-*

tum Reip. mores, historiam, linguamque Germanicam pertinentia, variam pariter rerum cognitionem suppeditantia, & tam nova quam vetera documenta passim inseruntur. Recusus est sæpius hic utilissimus liber Norimbergæ cum *Johannis Jacobi Speidelii* J. U. D. correctionibus & ex Autoris autographis auctus & locupletatus 1641. & 1643. cum additionibus vero *Christ. Lud. Dietheri* 1659. 1666. 1679. Laudatus modo *Speidelius* ipse quoque opus simile congessit ac aliquoties edidit. Anno vero 1657. illud eximiè auctum iterum typis subdidit sub titulo *Speculi Juridico-Politico-Philologico-Historicarum observationum & notabilium; verborum, rerum & antiquitatum Germanicarum, Clausularum item & terminorum practicorum, nec non plurimorum tam publici quam privati juris Quæstionum & Decisionum.* Habet profecto in hac egregia collectione Etymologus Germanus amplam messem paratam, & plura etiam bona ipsi dabit elegans *Justi Georgii Schottelii Tractatus de singularibus & antiquis in Germania*

juri-

juribus observatis maximam partem adhuc usitatis, Germanica lingua conscriptus & editus 1671. Inter pia autem desideria nobis est enasci viros eruditos, qui majorem, quam hactenus factum, curam impendant Provinciarum Germanicarum & urbium statutis, in quibus ritus veteres & antiquitates, verba quoque & alia notabilia recondita latent, quibus ægrè admodum caremus. Magno quidem studio hanc circa rem versatus est *Henricus Gisebertus*, cujus *Justinianus Harmonicus* omnium fere provinciarum Germanicarum, vicinorumque regnorum Statuta colligit, eademque singulis paragraphis Institutionum jungit; *Periculum* vero *Statutorum harmonicum* & *Deuteronomium harmonicum*, pluraque hujus diligentissimi viri alia Bibliopolarum incuria Hamburgi adhuc latere dicuntur.

CAP.

Cap. XVIII.

De editoribus Glossariorum Latinorum & Græcorum, ex quibus non parum utilitatis in rem nostram etymologicam redundat.

Cum hæc in Germania agerentur, vires suas in editione Conciliorum Anglicanorum exercebat superiùs jam laudatus *Henricus Spelmannus:* Dum autem hoc ad opus Patres, Concilia, mediique seculi autores sedulus evolveret, incidit in plura peregrina vocabula Gothica, Vandalica, Saxonica, Teutonica, Longobardica, Normannica, &c. ignotæ item functionis officia, dignitates, magistratus, & infinita hujusmodi offendit, quæ neque in Lindenbrogii Glossario, neque ullibi aliàs, explicata videbat. Ipse itaque talia in unum collegit, & pro virili enodavit peculiari opere, cui titulum *Glossarii Archaiologici* fecit. Prima ejus pars prodiit Londini 1626. altera 1664. cum priore ibidem excusa; Ultima

ma vero integri operis editio Londini 1687. procurata est. Eodem tempore *Jo. Lydius* Lugduni Batavorum promulgavit *Glossarium Latino-barbarum vocabulorum obscuriorum, quæ in Clemangio & aliis sequioris ævi scriptoribus inveniuntur.* Sic etiam *Heribertus Rosweydus* S. J. cum *Vindiciis Kempensibus* anno 1621. Antwerpiæ adderet *Johannis Buschii Chronicon Canonicorum Regularium S. Augustini Capituli Windesemensis & Thomæ a Kempis Chronicon Montis S. Agnetis*, in calce dedit nobis *Glossarium rariorum & barbaricarum vocum, quæ in hisce Chronicis occurrunt.* Adornavit etiam *Jo. Meursius*, vir Doctissimus, *Glossarium Latino-barbarum*, illudque in Glossario Græco-barbaro pag. 94, 102, 505, 507, 596, 574. adducit, licet id hactenus nondum prodierit. Illustratum est deinde idem argumentum à Critico eximio Gerh. Johanne Vossio *in libris de vitiis Sermonis & Glossematis Latino barbaris* Amstelodami 1645. & Francofurti 1666. impressis, quos *Thomas Reinesius*, eruditorum, dum viveret,

Prin-

Princeps plurimis in locis, teſte Morhofio in Polyhiſtore, emendavit, interpolavit, & auxit. Servatur iſtud exemplar cum reliquiis cæteris Reineſianis in Serenisſimi Ducis Saxo-Cizenſis inſtructisſima Bibliotheca. Eosdem de vitiis Sermonis libros apud amicum Brunſvicenſem cum MStis ipſius Voſſii emendationibus & additionibus vidi. Sed cum quatuor tantum libri olim prodierint, in nupera operum Voſſii editione Amſtelodami M D CCII. abſoluta quatuor his additi fuerunt libri quinque ex MSto autoris. Quintus liber voces origine barbaras in media Latinitate, & voces Latinas quidem aut Græcas origine, ſed in bonis autoribus non obvias expendit: Sextus recenſet voces, quibus aliena ſignificatio indita eſt: Septimus voces barbariei falſo ſuſpectas conſiderat: octavus voces, quas in aliena ſignificatione poſitas eſſe falſo crediderant eruditi, ab hac injuria vindicat: & nonus tandem de barbarismo vocum conjunctarum agit. Is quem paulo ante citavimus, *Reineſius*, in Vita propria Germanicè

nicè descripta, quam in Musæo meo asservo, testatur se etiam γλώσσας ξενικὰς, sive *Glossarium vocum barbararum apud Autores tam veteres quam recentiores repertarum* κ᾽ στοιχῆον composuisse, quo tamen opus hoc devenerit, ignoro. Omnium diligentiam superavit *Carolus du Fresne Dominus de Cange*, Galliæ illud singulare ornamentum, in duobus doctissimis operibus, quorum unum *Glossarium ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis* tribus voluminibus Parisiis 1678. editum; alterum *Glossarium ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis* duobus voluminibus Lugduni 1688. evulgatum complectitur. Supereſt tamen magnus obscurorum mediæ ætatis vocabulorum numerus, in his libris non explicatorum, & ipse quotidie eorum aliquid offendo; non uno etiam in loco ex Germanicæ & Septentrionalium reliquarum lingvarum ignorantia erravit Cangius; unde reipubl. literariæ valde proficuum esset, si aliquis vir doctus ejus labores revideret, corrigeret & augeret.

Ex

Ex veteri idiomate Germanico non pauca quoque in posteriorem Græcitatem irrepserunt, atque à Græcis vice versa etiam quædam mutarunt medii ævi Germani, unde unà cum Cangio merentur evolvi, qui ante eum eodem in campo desudarunt, & Græco-barbaras voces exposuerunt. Id quod præstiterunt *Nicolaus Rigaltius*, JCtus Parisinus, in Glossario Tactico μιξοβαρβάρῳ & *Joh. Meursius* in Glossario Græco-barbaro, cujus exemplari in Bibliotheca Gvelfica asservato *Matthias Berneggerus* selectissimas observationes & emendationes ex suggestione Metrophanis Critopuli Hieromonachi & Patriarchæ CPtani Protosingili, manu propria passim adscripsit.

Cap. XIX.

De Melch. Goldasti libris originem linguæ Germanicæ inquirenti utilibus atque de ejusdem veteribus quibusdam MSStis.

Circa annum 1635. gravem jacturam res Critica Germanorum patiebatur

tur morte Polyhiſtoris eximii *Melchioris Haimensfeldii Goldaſti*, qui non ſolum variis ſcriptis Antiquitates, jus publicum, remque literariam inſigniter illuſtraverat, ſed facem etiam accenderat lingvæ cultoribus, varia monumenta Teutonica ſtupenda aſſiduitate colligendo, & publicando. Extabat illo tempore apud Baronem Hohenſaxium in arce Forſteckia, ut Schobingerus indicat, venerandum antiquitatis monumentum, quod verè aureum rerum Germanicarum theſaurum continebat, tunc ante annos 450. & amplius ſcriptum atque ab Imperatore Heinrico, Conrado Rege, Juniore, aliisque Imperii Principibus Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, nobilibus aliisque poetis decantatum in certamine muſico, ut conjicit Goldaſtus, qui ſibi illud à Schobingero acceptum duobus tomis integrum deſcripſit, atque exinde *Tyrolis Regis Scotorum Winsbekiique Equitis Germani ad filios, & Winsbekiæ nobilis fœminæ ad filiam Parœneſes* anno 1603. publici juris fecit, additis notis eruditione ſingulari

plenis, in quibus obscuriora verba exposuit originesque eorum quæsivit. Ut occasio conditorum poëmatum horum plenius cognoscatur, lubet ex Goldasti præfatione quædam in medium afferre. *A Græca*, inquit, *& Romana Lingua nullius Imperium majus atque diuturnius Teutonicæ fuit, quæ cum ipso quodammodo Tellure orta, gentibus dissitissimis, undè res significarent, & animi sui sensum, verba suppeditavit. Nam, si priscæ historiæ fides, à Suecis primò in Helvetiam, à Danis illata in Normanniam, in Belgium verò à Saxonibus, inde in Britanniam, porro à Gothis ac Vandalis in Italiam ac in Hispaniam, à Suevis ac iisdem Gothis, denique Galliæ impacta à Francis. Verum ista apud Gentes diu non perstitit, quæ excusso imperii jugo hodie vestigia tantum servant, eaque perpauca. Nec mirum cum ipsi Sueci, Dani, Sarmatæ, populi continentes eò à nobis abierint, ut intelligi, nisi summa cum difficultate à nemine nostrum possint. Ast Germanis integra, incommistaque perennat, nec alio nunc sermone, quam majores nostri ante annos sesqui mille, utimur;*

Qua

Qua in re soli Germani habemus gloriari, emollita tamen pronunciationis asperitas, verba item partim antiquata, alia prorsum obsoleta. Ipsa autem ratio dicendi vetus, aut, si mavis ita appellare, indigena atque αὐτοχθών, quæ ut singulis mutarit seculis pronum est ostendere. Et vidimus nonnulla Carmina, quæ cum Evandrinis, ut sic dicam, atque Saliaribus in genere suo queant componi. Quippe par atque eadem Germanis, quæ Romanis quondam nitidandæ lingvæ studium. Quod qui nuperum at procuratorium calumniantur, injurii sunt in diligentissimos nostros majores. Longiora pono ad compendium, quinque proximè secula vide, in quibus triplex, more Romano, aulicorum exercitium, Equestre, Gymnicum, Musicum. In isto sermonis atque ingenii cura, quâ ad Oratoriam atque poeticam informabantur. Itaque viri Principes ac equestres, non nunquam etiam Imperatores, Reges, certamina instituere poetica, in quibus nobili familiâ Virgines offerebant victoriam cantûs, non secus atque in hastiludiis. Contentio de præmiis erat ab Im-

peratore propositis, aut quodam Principum Magnate. Rem non dubito fore, qui levem & non satis dignam Principum virorum Personis judicent. Sed bi erunt ferè, qui contra Majorum laudabiliter instituta, Libero addictiores quam libro, cortici quam codici, denti quam menti, nihil rectum præter quod ipsorum ebriosis moribus conveniant, putabunt. Qui si didicerint animi nos imperio, corporis uti servitio, non admirabuntur majores ab exercitiis corporis ad animi translatos. Præterea non tunc demum ad Germanos exercitatio ista commigravit; fuit eadem multis ante seculis in aula Caroli M. & ex gente Saxonum Arturi Britannorum Regis. Sublata iterum ante Rudolfi Habsburgensis ævum, damno nobilitatis, quorum & mores censebantur, & ingenia simul excolebantur. Nam tametsi juvenes fermè ἐρωτικὰ, cæteri tamen adultioris mentis, Heroum gesta atque Ducum, alii Satyras in Principum atque Nobilium vitia, nonnulli admonitiones, tanquam ad filios præsentes, recitabant. Exemplis non est necessum. Vidisti tum alia, tum illa aurei, quod Schobinger

ger noſter poſſidet, monumenti. Inde has juvit in anteceſſum dare paræneſes, dum caterorum deproperarentur. Quam vero nos Goldaſtus beaſſet, ſi promiſſis ſtetiſſet, & reliqua hujus voluminis poëmata edidiſſet! Bono omine ego in Bremenſi Bibliotheca incidi in primum Apographi Goldaſtini tomum, cui præfixus erat index nominum Poëtarum, qui integrum opus compoſuerant, ex quo de præſtantia ejus judicare licet. Ut autem eruditis innoteſcat, illum hic inſeram iis ipſis, quibus conceptus eſt verbis: *1. Keiſer Heinrich. 2. Kunig Chunrat der junge. 3. Kunig Tyrol von Schotten und Fridebrant ſin ſun. 4. Kunig Wentzel von Beheim. 5. Hertzoge Heinrich von Preſſela. 6. Marggrave Otte von Brandenburg mit dem pfile. 7. Marggrave Heinrich von Miſſen. 8. Der Hertzoge von Anhalt. 9. Hertzoge Johanns von Brabant. 10. Grave Rudolf. von Nuwenburg. 11. Grave Kraft von Toggenburg. 12. Grave Chunrat von Kilchberg. 13. Grave Fridrich von Liningen. 14. Grave Otte von Bottenloben. 15. Der Marggrave*

von Hoſenburg. 16. Herr Heinrich von Veldig. 17. Herr Gotfrit von Niſen. 18. Graf Albrecht von Heigerlo. 19. Graf Werner von Honberg. 20. Herr Jacob von Wartel. 21. Herr Walther von Glingen. 22. Bruder Eberhart von Sax ein Bredier. 23. Herr Rudolf von Rotenburg. 24. Herr Heinrich von Sax. 25. Herr Heinrich von Frauenberg. 26. Der von Kurenberg. 27. Herr Dietmar von Aſt. 28. Der von Cliers. 29. Herr Wernherr von Tufen. 30. Herr Heinrich von Stretlingen. 31. Herr Kriſtan von Hamlei. 32. Herr Ulrich von Gutenburg. 33. Herr Heinrich von der Mure. 34. Herr Heinrich von Morungen. 35. Der Schenke von Limpurg. 36. Schenke Ulrich von Winterſteten. 37. Herr Reimar der Alte. 38. Herr Burkart von Hohenvels. 39. Herr Heſſe von Rinach. 40. Der Burggrave von Lüns. 41. Herr Fridrich von Huſen. 42. Der Burggrave von Rietenburg. 43. Herr Milon von Sevelingen. 44. Herr Heinrich von Ruggen. 45. Herr Walter von der Vogelweide. 46. Meiſter Heinrich Deſchler. 47. Herr Hilbolt von Swangöi.

göi. 48. Herr Wolfram von Eſchelbach. 49. Von Singebergen Truchſeze zu S. Gallen. 50. Der von Sachſendorf. 51. Wachsmut von Kunzingen. 52. Herr Wilhelm von Heinzenberg. 53. Herr Lutolt von Seven. 54. Herr Walter von Metz. 55. Herr Rubin. 56. Herr Bernge von Horhein. 57. Der Tanhuſer. 58. Herr Nithart. 59. von Buchhein. (Atque hi omnes extabant in tomo, quem ſedulus perluſtravi, primo Bremenſi; ſequentia vero in Tomo ſecundo ſive deperdito ſive alicubi, & forte Pariſiis, latente continentur: 60. Der von Johannsdorf. 61. Endelhart von Adelnburg. 62. Herr Bligges von Steinach. 63. Herr Wabsmut von Mülhuſen. 64. Herr Hartman von Owe. 65. Herr Reimar von Bremenberg. 66. Herr Johans von Ringenberg. 67. Der von Wildonie. 68. Albrecht der Marſchal von Rappreſwile. 69. Herr Otte von Turne. 70. Herr Gösli von Ehenheim. 71. Von Suneyge. 72. Von Scharpfenberg. 73. Herr Gunrat der Schenke von Landegge. 74. Der Winsbeke. 75. Die Winsbekin. 76. Klinſo-

re von Ungerland. 77. Criſtan von Luppin, ein During. 78. Herr Heinrich Hetzbolt von Wiſſenſee. 79. Herr Ulrich von Liechtenſtein. 80. Der During. 81. Winli. 82. Von Manegur. 83. Von Raute. 84. Herr Gunrat von Altſtetten. 85. Herr Brune von Horenberg. 86. Herr Hug von Werbenwog. 87. Der Puller. 88. Von Troſtberg. 89. Hartman von Starkenberg. 90 Von Stadegge. 91. Herr Brunwart von Ogbein. 92. Von Stambein. 93. Herr Göni. 94. Roſt Kilchherre von Sarne. 95. Der Hardegger. 96. Von Wiſſenlo. 97. Der Schulmeiſter von Eslingen. 98. Meiſter Walter von Priſach. 99. Von Wengen. 100. Herr Pfeffel. 101. Der Taler. 102. Der Tugenthafte Schreiber. 103. Steimar. 104. Herr Alram von Greſten. 105. Herr Reimar der Videller. 106. Herr Hawart. 107. Herr Gunther von Vorſte. 108. Herr Friderich der Knecht. 109. Der Burggrave von Regensburg. 110. Herr Nunu. 111. Herr Geltar. 112. Herr Dietmar der Setzer. 113. Herr Reimar von Zweter. 114. Der jung Miſſener. 115. Von Obernburg.

burg. 116. Der alte Miſſener. 117. Bruder Wernher. 118. Der Marner. 119. Süskint von Trimperg ein Jude. 120. Der Gaſt. 121. Von Buwenburg. 122. Heinrich von Tettingen. 123. Herr Rudolf der Schreiber. 124. Meiſter Gottfrit von Strasburg. 125. Meiſter Johans von Hadeloub. 126. Der Regenbog. 127. Meiſter Chunrat von Würtzburg. 128. Der Criger. 129. Chuntz von Rosheim. 130. Rubin von Rüdgern. 131. Meiſter Friderich von Sunenburg. 132. Der Kol von Nuſſen. 133. Der Dürner. 134. Meiſter Sigeher. 135. Meiſter Heinrich Frowenlop. 136. Der wilde Alexander. 137. Meiſter Rumslant. 139. Meiſter Spervogel. 140. Boppe. 141. Der Litſchower. 142. Der Kantzeler. Plurimos ex his autores allegat *Goldaſtus in notis ad Paraneticos* nec non *in Replicatione pro Imperio contra Gretſerum.* Fuiſſe autem Poëmatia hæc, ut ille ſuſpicatur, in certamine muſico decantata, conjicias etiam ex his Indici MSto citato adjectis verbis: *Die hie geſungen hant nu zemale, ſind ir C. und XXXVIIII.* Attamen cum in Indi-

ce 142. Poëtæ nominentur, putarem equidem quatuor coævos, qui certamini forte non interfuerint, reliquis adjectos. Habuit Goldastus alia plura monumenta MSta, quorum usum nobis denegari dolemus. Adducit sæpius *Glossarium vetus in Bedæ artem metricam*, quod Bremæ pariter vidi, vetustissimo charactere scriptum; *Biterolfum Poetam; Veteris Poetæ Historiam Gavani, Henrici de Gravenberg, Equitis Suevi poëmata; & Christophori ab Helmsdorf*, sive (ut ipse Goldastus se ex Bibliandro & Flacio Illyrico Tom. I. Alamann. rer. p. 253. & T. III. p. 105. ad marginem corrigit) *Rudolphi ab Embs Compendium Bibliorum metricum; Anonymi veteris dicta Catonis metro reddita*, & plura alia, quæ ubi invenienda sint, lubenter sciremus. In *tribus Alamannicarum Rerum Tomis* Francofurti primum 1606. editis, & postea 1661. recusis, Goldastus etiam etymologicum studium egregie adjuvit, non observationibus solum suis selectis, sed etiam publicatione antiquissimorum linguæ nostræ monumentorum, ex quibus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [179] - 171
PUBLIC DOMAIN

bus inprimis sunt *Ruodeperti Magistri S. Galli Epistolæ & in iis Glossæ; Hrabani Mauri Glossæ Latino-Barbaricæ de partibus humani corporis; Nomina mensium & ventorum secundum Thodiscam; Keronis Monachi S Galli interpretatio vocabulorum Barbaricorum in Regulam S. Benedicti Abbatis; & Catalogus nominum propriorum, quibus Alamanni quondam appellati, ex vetustissimo codice monasterii S. Galli ordine descriptus &c.* In ejusdem viri collectaneis, quæ Bremæ, ut jam dictum est, custodiuntur, non dubium est plura contineri, nobis utilia, quorum communicationem benevolam ab Amplissimo Senatu nos aliquando impetraturos confidimus.

Cap. XX.

De Lingua veteri Cantabricâ.

OMnes linguæ Celticæ veteris dialectos sciri è re Criticorum Germanorum est; Cantabricam autem veterem, per omnem Hispaniam usitatam olim

olim linguam, quæ hodiè Vaſconum & Biſcainorum eſt, ad iſtam referendam eſſe non dubitant eruditi. Ignota illa exteris fuerat, usque ad ſeculum Johannæ Albretanæ Reginæ Navarræ, cujus auſpiciis, interprete *Johanne de Liçarrague de Briſcous Novum Teſtamentum Cantabricâ linguâ* politiſſimis typis Rupellæ 1571. excuſum eſt. Celeberrimus autem *Reineſius*, qui anno 1637. *ἱεροῤῥμενα Linguæ Punicæ errori populari Arabicam & Punicam eſſe eandem oppoſita* Altenburgi ediderat, ibidem eodem anno publicavit *Commentationem parergicam de Deo Endovellico ex Inſcriptionibus in Villa Vizoſa Luſitaniæ repertis*, ubi linguæ Cantabricæ cognationem cum Germanicâ poſt Cluverum exemplis non unis confirmat. Deerat Grammatica iſtius linguæ, cujus ſpecimen non contemnendum, una cum magno vocabulorum numero ſuæ *Notitiæ utriusque Vaſconiæ* Pariſiis an. 1638. evulgatæ inſeruit *Arnoldus Oihenardus*, Gallus doctiſſimus.

CAP.

Cap. XXI.

De iis, qui vetera monumenta Danica, Islandica, & Norwegica ediderunt ac harum dialectorum Germanicæ linguæ orgines quæsiverunt.

SEd jam vocat nos Septentrio, cujus linguæ Danica, Norwegica, Islandica & Suecica pariter non nisi dialectus Germanicæ nostræ sunt, ut omnes Scandinaviæ populi à Germanis sive Teutonibus ortum suum trahunt. In his autem partibus, & quidem primitus in *Daniæ* hoc seculo studium Etymologicum excoli cœpit, *Olao Wormio*, Medico & Philologo consummato, facem popularibus suis accendente & anno 1636. Hafniæ *Danicam literaturam antiquissimam, vulgo Gothicam dictam* luci reddente, unà cum *Dissertatione de priscâ Danorum poësi*, qui liber deinde 1651. majori formâ Hafniæ recusus est. Ibidem *Fastos Danicos* 1626, & 1651. *Monumenta Danica* 1643. *Seriem Regum Daniæ* Runicè & Latinè

tinè cum notis : *Lexicon* vero *Runicum* e Magni Olavii Paſtoris in Islandia ſchedis congeſtum & propriis Obſervationibus illuſtratum 1650. imprimi fecit. *Bertolus Canuti Aquilonius* anno 1640. Hafniæ edidit *Diatribas de Danicæ linguæ cum Græca & Latina mixtione*, in quibus vocabula recenſuit, quæ ex dialecto Danicâ in Græcam atque Latinam linguam commigraſſe putavit. A *Chriſtiano Oſterſen Weylle*, (ſive, ut Albertus Bartholinus in Libro de Scriptis Danorum indicat, *Vedelenſi*) Cimbro, Senatore Roſkildenſi ibidem *Gloſſarium juridicum Danico-Norwegicum*, *h. e. explicatio vocum omnium forenſium Danicarum & Norwegicarum 1641.* primùm & repetitis vicibus 1652. & 1665. emiſſa eſt, in qua plurima optimæ frugis extant. Jam diu autem ante Oſterſenium, anno nempe 1603. *Blaſius Ekenberger*, Civis Flensburgenſis, *Libro Legum Juticarum* in Germanicam lingvam translato, & quidem in ſecunda editione, addiderat *Repertorium Alphabeticum*, in quo voces Danicas difficiliores in Legibus laudatis occur-

currentes expoſuit & cum Concordantiis *Thordonis Deghn*, Regumque poſt Waldemarum omnium Conſtitutionibus, mandatis & privilegiis contulit. Anno vero 1645. *Stephanus Johannis Stephanius*, Hiſtor. Profeſſor Soranus, *Saxonis Grammatici Hiſtoriæ Danicæ* uberes & doctas notas adjecit, quæ philologo amplam meſſem ſubminiſtrant. Idem an. 1634. jam, & deinde 1638. ediderat *Nomenclatorem Latino-Danicum bipartitum*, quem poſtea vocabulis Islandicis auxit, teſte Bibliothecæ Reſenianæ catalogo. *Petrus Johannis Wandalinus catalogum 300. vocabulorum Danicorum ex Ebræa*, ut putat, *originem ducentium* 1651. Sleswici excudi curavit. Succedente tempore veteris literaturæ Runicæ ſtudioſis inſervire voluit *Thomas Bartholinus*, Thomæ filius, evulgatis Hafniæ 1690. *Antiquitatibus Danicis*, in quibus multa veterum monumentorum loca adducuntur & illuſtrantur. *Otto* quoque *Sperlingius*, Conſiliarius Regius & Hiſt. Prof. Publ. ſymbolam ſuam contulit anno 1694, quo *Commentariolum de Dani-*

cæ

& linguæ & nominis antiqua gloria inter Septentrionales; & anno 1707. quo *commentarium de summe Regio nomine & titulo Septentrionalibus & Germanis omnibus & aliis usitato, KONNING, & ejus apud Danos origine ejusque potestate & majestate* Hafniæ publicavit, majora longe sine dubio præstiturus, si *Quinque volumina Septentrionalium Nationum antiquitates edisserentia* & diu jam promissa, aliquando publico donaret. Quam vellemus autem, ut Amplissimus *Fridericus Rostgardus*, Consiliarius & Archivarius Regius, cui *Delicia Poëtarum Danorum* lucem debent, *Etymologico Danico* manum admoveret, si quidem per negotia graviora liceret. Apparatum enim insignem hanc ad rem congessit & omnium fere linguarum Europæarum cognitione, judicioque perspicaci præditus, cum videret Germanicam lingvam ad Danicæ veteris intellectum plurimùm conferre, ejus quoque monumenta sedulus conquisivit & rariora sibi descripsit. Quæ Viri doctissimi diligentia ut Germanis meis innotescat, aliqua ex iis com-

commemorabo. Extant autem apud ipſum (1) *Emendationes plusquam MM. in Otfridum*, Romæ 1699. *ex Codice Palatino-Vaticano*, qui ipſiſſimus eſt, ad quem Flacii editio exarata fuit, collectæ. (2) *Cantilenæ veterum Germanorum* juſto volumine in folio deſcriptæ juxta Codicem membranaceum maximi pretii & antiquitatis, qui *in Bibliotheca Regia Pariſienſi* aſſervatur, & omnino per manus Goldaſti vel Freheri ad Thuanum vel Puteanos & ſic in Regiam perveniſſe videtur. (3) *Notkeri Paraphraſis Pſalmorum* ad exemplar, quod juxta principem Codicem Monaſterii S. Galli exſcriptum fuit, Pariſiis an. 1696. exaratum. (4) *Omnia Franciſci Junii vetera Gloſſaria* Oxonii 1694. deſcripta. (5) *Hymni veteris Eccleſiæ XVI. ex Schedis Junianis* ibidem deſcripti. (6) *Tatiani Harmonia Evangelica* è Bibliotheca Oxonienſi deprompta anno 1694. & poſtea à Cl. Palthenio edita. (7) *Tractatus Iſidori Hiſpalenſis contra Judæos* ante 800. annos in linguam Teutonicam converſus, Pariſiis 1697. juxta Codicem Bibliothecæ

Colbertinæ descriptus & deinde ab eodem Palthenio publicatus. (8) *Notæ Continuæ in idem Isidori fragmentum*, & reliqua.††

Idioma autem, quod *Islandi* loquuntur, Danico multo purius atque illud ipsum est, quo Runæ sive monumenta Daniæ vetustissima loqvuntur. Unde utilem operam harum linguarum cultoribus navavit *Runolphus Jonas* Islandus, qui anno 1651. Hafniæ emisit *Recentissima antiquissimæ linguæ Septentrionalis incunabula, id est, Grammatica Islandicæ rudimenta.* Neque minori beneficio philologos affecit *Petrus Joh. Resenius*, quando Hafniæ 1665. *Eddam* Islandorum *Snorronis Sturlæ* Islandicè, Danicè & Latinè ex antiquis Codicibus MSStis edidit. *Jonas Rugmannus* Islandus Upsaliæ 1676. *Monosyllaba Islandica* eum in finem emisit, ut Linguæ Islandicæ, copia istorum aliàs excellenti, matris communis cæterarum titulum vindicaret. *Catalogum Monumentorum Islandicorum*, quæ vel impressa vel MSSta supersunt, exhibuit nobis *Thormodus Torfæus* in Serie

rie Regum Daniæ lib. I. cap. 1. unde eum depromptum hic inſerimus.

A.

Adonius ſaga. i. e. *Adonii vita.*
Alaflecks ſaga. *Alaſlecki vita.*
Alexandri mikla ſaga. *Alexandri M. vita.*
Amloda ſaga. *Amlodi vita.*
Andra rimur. *de Andrio carmina.*
Ans ſaga. *Ani vita.*
Aſmundar oc Tryggva rimur. *de Aſmundo & Tryggvio carmina.*
Arna Biſkups ſaga. *Arnii Epiſcopi vita.*
Arons ſaga Hiorleifs ſonar. *Aronis Hiorleſi filii vita.*
Amicus oc Amilius rimur. *de Amico & Amilio carmina.*

B.

Bandamanna ſaga. *Bandamannorum (Confœderatorum) vita.*
Bardar ſaga Snæfellz aſſ. *Bardi Niveimontis Deaſtri vita.*
Barlaams ſaga. *Barlaami vita.*
Befus ſaga. *Beſi vita.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [188] - 180
PUBLIC DOMAIN

Biorns ſaga Hitdæla Kappa. *Biorni Hitdalenſium pugilis vita.*

Blomſtrvalla ſaga. *de Floridis (in Africa) campis relatio.*

Boſa oc Herrauds ſaga. *Boſii & Herraudi vita.*

Bua ſaga. *Buji vita.*

Bærings ſaga fagra. *Bæringi venuſti vita.*

Broddhelga ſaga. *Helgii cum cuſpide vita.*

Brandkroſſa thattr. *de Brandkroſſo (bove) narratio.*

Bodvars Biarka ſaga. *Boduaris Biarkii vita.*

Breta ſogur. *Britannorum Hiſtoria.*

D.

Damuſta ſaga. *Damuſtii vita.*

Droplaugar ſona ſaga. *Droplaugis filiorum vita.*

Dinus ſaga Dramblata. *Dionyſii ſuperbi vita.*

Drauma Jons ſaga. *Jonis Somniatoris vita.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [189] - 181
PUBLIC DOMAIN

E.

Egils ſaga Einhendta. *Egillis Unimani vita.*

Egils ſaga Skallagrims Sonar. *Egillis Scallagrimi filii vita.*

Elis ſaga. *Elis vita.*

Erreks ſaga. *Errici vita.*

Eyrbyggia ſaga. *Eyrbiggiorum (i.e. Eyrenſium) Hiſtoria.*

Eiriks ſaga Vidſorla. *Eirici Peregrinatoris vita.*

Edda. *Edda (liber Poëticus.)*

Eiriks Rauda ſaga. *Eirici Ruffi vita.*

Edvardar ſaga hins helga. *S. Edvardi (Angliæ R.) vita.*

F.

Fertrams ſaga oc Plato. *Fertrami & Platonis vita.*

Finnboga Ramma ſaga. *Finnbogii Robuſti vita.*

Flateyiar Annall. *Flateyenſes Annales.*

Floamanna ſaga. *Floannorum Hiſtoria.*

Flores oc Leo ſaga. *Floris & Leonis vita.*

Flovents ſaga Fracka Konungs. *Flo-ventis Francorum Regis vita.*

Fridthiofs ſaga frækna. *Fridthioſi Vegeti vita.*

Flores Konungs ſaga oc Sona hans. *Floris Regis & filiorum illius vitæ.*

G.

Gibbons ſaga. *Gibbonis vita.*

Gaungu Hrolfs ſaga. *Rolfi pedeſtris vitæ.*

Geiralldz thattr. *Geiraldi vita.*

Gisla ſaga Surs ſonar. *Gislii Suris filii vita.*

Grettis ſaga ſterka. *Gretteris Robuſti vita.*

Gvimars ſaga. *Gvimaris vita.*

Gudmundar Biſkups ſaga. *S. Gudimundi Epiſcopi vita.*

Grænlendinga thattr. *Grontandenſium Rerum hiſtoria.*

Gunnars ſaga thidrandabana. *Gunnaris Thidrandicidæ vita.*

Gunnlaugs ſaga Ormstungu. *Gunnlaugi Ormstungæ (i.e. linguæ ſerpentinæ) vita.*

Gullthoris ſaga. *Thoreris aurei vita.*

Grims

Grims oc Hialmars rimur. *De Grimo & Hialmare carmina.*

H.

Halfsrecka ſaga. *Halfi Regis militum hiſtoria.*

Halfdanar ſaga Bronufoſtra. *Halfdani Branæ Alumni vita.*

Halfdanar ſaga Eyſteins ſonar. *Halfdani Eyſteini filii vita.*

Harallds ſaga Hringsbana. *Haraldi Ringicidæ vita.*

Hektors ſaga. *Hectoris vita.*

Hrolfs Kraka ſaga. *Hrolfi Krakii vita.*

Hemings ſaga. *Hemingi vita.*

Hervarar ſaga. *Hervaræ vita.*

Hialmthers oc Olvers ſaga. *Hialmtheris & Olveris vita.*

Hogna oc Hedins thattr. *Hognii & Hedini vitæ.*

Holmveria ſaga. *Holmenſium hiſtoria.*

Hrafnkels Goda ſaga. *Hrafnkelis Curionis vita.*

Hrings oc Tryggva rimur. *de Hringo & Tryggvio Carmina.*

Hrolfs ſaga Gautreks ſonar. *Hrolfi Gautreci filii vita.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [192] - 184
PUBLIC DOMAIN

Hrolfs ſaga ſkugga fifls. *Hrolfi Skuggenſis fatui vita.*

Hromundar ſaga Grips ſonar. *Hromundi Gripi filii vita.*

Hungrvaka. *Hungrvaca* (*Chronicon Epiſcoporum Islandiæ.*)

Hænſa thoris ſaga. *Thoreris Gallinacei vita.*

Hrafns ſaga Sveinbiarnar ſonar. *Hrafni Sveinbiarni filii vita.*

Hallfredar ſaga Vandræda ſkalldz. *Halfredi periculoſi Poëtæ vita.*

Hakonar Konungs ſaga Hakonar ſonar. *Haconis Regis Haconis filii vita.*

Huga Skaplers ſaga. *Hugonis Scapularii vita.*

Hakonar ſaga Hareks ſonar. *Haconis Hareci filii vita.*

Haralldz rimur Kvenngiarna. *de Haraldo Veneri dedito carmina.*

Hermodar rimur. *de Hermodo Carmina.*

I.

Islendinga bok Ara froda. *Islandorum liber auctore Ario Polyhiſtore.*

Isfirdinga ſaga. *Isfiordenſium hiſtoria.*

Iarlmanns ſaga. *Iarlmanni vita.*

Illu-

Illuga ſaga Gridarfoſtra. *Illugii Gridis alumni vita.*

Jokuls ſaga Bua ſonar. *Joc ullis Buji filii vita.*

Jomsvikinga ſaga. *Jomvikingorum (Julinenſium) hiſtoria.*

Jons Biſkups ſaga. *S. Jonis Epiſcopi vita.*

Jvents ſaga. *Jventis vita.*

Jons ſaga Leikſveins. *Jonis Luſoris vita.*

Jonatas rimur. *De Jonata Carmina.*

Jons ſaga Baptiſtæ. *S. Johannis Baptiſtæ vita.*

Jons ſaga Gudſpiallamannz. *S. Johannis Evangeliſtæ vita.*

K.

Karlamagnuſs ſaga. *Caroli Magni vita.*

Ketils ſaga Hœngs. *Ketillis Hængi (i.e. Eſocts) vita.*

Knytlinga ſaga. *Knytlingorum (Canutiorum) hiſtoria.*

Konrads ſaga Keyſara ſonar. *Conradi Cæſaris filii vita.*

Kormaks ſaga. *Cormaki vita.*

Kroka refs ſaga. *Refi aſtuti vita.*

Klarus ſaga Keyſara ſonar. *Clari Cæſaris filii vita.*

Kotlu draumr. *Catlæ ſomnium.*

Kriſtindoms ſaga. *Kirialacis (i. e. Alexi) vita.*

Kallinius rimur. *de Callinio carmina.*

Kruks Spa. *Krucki (Jonis) vaticinium.*

L.

Landnama. *Landnama (i. e. liber originum Islandiæ.)*

Langfedgatal. *Langfedgatal (i. e. Series Principum Septentrionis.)*

Laxdæla ſaga. *Laxdalenſium hiſtoria.*

Liosvetninga ſaga. *Liosvatnenſium hiſtoria.*

Laurentius Biſkups ſaga. *Laurentii Epiſcopi vita.*

M.

Mabels ſterku rimur. *de Mabele fortè carmina.*

Mariu ſaga. *Mariæ (virginis) vita.*

Margretar ſaga. *S. Margarethæ vita.*

Mirmants ſaga. *Mirmantis vita.*

Magnus ſaga Orkneya Tarls. *S. Magni Comitis Orcadenſis vita.*

Mot-

Mottuls ſaga. *De Pallio magico hiſtoria.*

N.

Nials ſaga. *Nialis vita.*

Nikolaſſ ſaga leikara. *Nicolai luſoris vita.*

Nitida frægu ſaga. *Nitidæ Famoſæ vita.*

Nornageſtz thattr. *Nornageſti, vel Geſti à Parcis denominati, vita.*

Nikulaſs ſaga Erkibiſkups. *S. Nicolai Archiepiſcopi (Lyciæ) vita.*

O.

Orvarodds ſaga. *Oddi jaculatoris vita.*

Olkofra ſaga. *Olkofrii vita.*

Olvers rimur. *de Olvere Carmina.*

Odda Annalar. *Oddenſes Annales.*

Olafs ſaga Tryggva ſonar. *Olafi Triggvini vitæ.*

Olafs ſaga Helga. *S. Olafi Regis vita.*

Orkneyinga ſaga. *Orcadenſium rerum hiſtoria.*

Orms ſaga Storolfs ſonar. *Ormi Storolfi filii vita.*

Ormars rimur. *de Ormare carmina.*

P.

Pontus rimur. *de Ponto carmina.*

Petrs

Petrs ſaga poſtula. *Peſtri Apoſtoli vita.*
Partalopa ſaga. *Partalopi vita.*
Poliſtutors rimur. *de Poliſtutore carmina.*
Philippi fagra rimur. *de Philippo venuſto carmina.*
Pals Biſkups ſaga. *Pauli Epiſcopi vita.*
Parcevals ſaga. *Parcevalis vita.*

R.

Ragnars ſaga Lodbrokar. *Ragnaris Lodbrochis vita.*
Remundar ſaga. *Remundi vita.*
Reinaldz oc Roſu rimur. *de Reinaldo & Roſa carmina.*

S.

Sigurdar ſaga thogla. *Sigurdi Taciturni vita.*
Stirlunga ſaga. *Sturlungorum (familiæ Islandicæ) hiſtoria.*
Saulus ſaga oc Nicanors. *Sauli ac Nicanoris vita.*
Sorla ſterka ſaga. *Sorlii Robuſti vita.*
Sigurdar fotz ſaga. *Sigurdi pedis vita.*
Sigurdar ſaga Turnara. *Tigurdi Torneatoris vita.*
Sveins rimur Muks ſonar. *de Sveino Monachi filio carmina.*

Sigrgardz

Sigrgardz ſaga frækna. *Sigurgardi Vegeti vita.*

Skida rima. *de Skidio carmina.*

Sturlaugs ſaga ſtarfſama. *Sturlaugi laborioſi vita.*

Sverris ſaga. *Sverreris Norveg. Regis vita.*

Stufs thattr Kattar ſonar. *Stufi, Catti filii, vita.*

Skaldhelga rimur. *de Helgio Poëta carmina.*

Svarfdæla ſaga. *Svarfdalenſium hiſtoria.*

Samſonar ſaga fagra. *Samſonis venuſti vita.*

Stiornu Odda draumr. *Oddii Aſtronomi ſomnium.*

T.

Trojomanna ſaga. *Trojanorum hiſtoria.*

Thomas ſaga Erkibiſkups. *S. Thomæ Archiepiſcopi (Cantuarienſis) vita.*

Tyodels ſaga Riddara. *Tiodelis Equitis vita.*

Thialar ſons ſaga. *Jonis Limatoris vita.*

Thi-

Thidreks ſaga af Bern. *Theoderici de Berna vita.*

Thordar hredu ſaga. *Thordi metuendi vita.*

Thoris Haleggs rimur. *de Thorere Altipede carmina.*

Thorſteins ſaga ſiduhallz ſonar. *Thorſteinii Halli de Sidufilii vita.*

Thorſteins ſaga Vikings ſonar. *Thorſteinii Vikingi filii vita.*

Thormodar ſaga Kodbrunar Skalldz. *Thormodi Colbrunæ Poëtæ vita.*

Thorſteins ſaga Uxafots. *Torſteini Tauripedis vita.*

Thorlaks Biſkups ſaga. *S. Thorlaci Epiſcopi vita.*

Thorleifs ſaga Jarlaſkalldtz. *Thorleifi Comitum Poëtæ vita.*

Thorſteins ſaga Bæiarmagns. *Thorſteini Vrbis Roboris vita.*

V.

Vlfars ſaga ſterka oc Onundar fagra. *Vlfaris Robuſti & Onundi venuſti vitæ.*

Vatzdæla ſaga. *Vatzdalenſium hiſtoria.*

Valldemars ſaga. *Valdemari vita.*

Vallna Liots ſaga. *Lioti Vallenſis vita.*

Vi-

Victors saga oc Blaus. *Victoris & Blai vita.*

Vigaglums saga. *Glumi occisoris vita.*

Viglundar saga. *Viglundi vita.*

Vilhialms saga siods. *Vilhialmi Siodi (i. e. thesauri) vita.*

Vilmundar saga. *Vilmundi vita.*

Vlfs saga Ugga sonar. *Ulfi Uggii filii vita.*

Vemundar saga oc Vigaskutu. *Vemundi & Scutæ occisoris vitæ.*

Ulfhams rimur. *De Ulfhamo Carmina.*

Valvers thattr. *Valveris vita.*

Y.

Yngvars saga Vidforla. *Yngvaris multivagi vita.*

Norwegica Islandicis ferè convenientia & Dani & Suedi subinde nobiscum communicarunt. *Dictionarium* verò *Norwegicum unà cum horologio rusticorum & Calendario cum notis & characteribus suis Hafniæ* 1646. editum *Christiano Jani*, Pastori Askewoldensi in Norwegia, debemus.

CAP.

Cap. XXII.

De antiquitatibus Svecicis earumque editoribus & illustratoribus, de Svecicæ item Finnonicæ, & Lapponicæ linguæ expositoribus.

Cum Wormius lingvæ Danicæ operam daret, apud Suecos, æmulam Danorum ab antiquo gentem, Christina Regina rerum potiebatur & doctos præmiis ad studia elegantiora promovenda provocabat, patriæ etiam antiquitatum & linguæ non oblita. Sub ea enim *Collegii antiquitatum Upsalienſis* fundamenta jacta sunt, quod postea auspiciis Caroli XI. Svecorum Regis à Magno Gabriele *Comite de la Gardie*, Regis Regniq; Sveciæ Senatore & Cancellario, occasione Codicis argentei redemti, anno 1666. stabilitum est, constituto præside certo atque Assessoribus, qui antiquitates linguamq; Gothicam (sic Svecicam veterem vocant) illustrarent. Et cum patriæ antiquitates nonnisi ope MStorum

rum veterum, quæ difficulter admodum comparantur, inveſtigari atque explicari poſſint, laudatus Comes de la Gardie, ut ſummus erat Muſarum patronus, *Donatione Teſtamentaria*, à *Joanne Hadorphio* Holmiæ 1672. publicata, libros, quos indefeſſo ſtudio conquiſiverat, MStos ad Hiſtoriam & antiquitates trium Regnorum Septentrionalium pertinentes, optimo conſilio, Academiæ Upſalienſi & Collegio Antiquitatum in perpetuum legavit. Vivebat tum *Georgius Stiernhielmius*, Præſes deinde Collegii Regii antiquitatum, qui explicatarum Runarum gloriam Wormio Dano invidens, dicebat, Runas illas non eſſe Danicas, ſed Gothicas, h. e. Suecicas, & *Joannis Burei*, antiquarii Regii, *Elementa Runica uſurpata à Sveo-Gothis veteribus* Upſaliæ 1599. edita primum eruditionis Runicæ guſtum Wormio inſtillaſſe. Idem deinde popularis illius Olaus Rudbeckius affirmavit. Ut vero Stiernhielmius Svecicæ linguæ & gentis antiquitates non modo ſupra Danos, ſed ſupra omnes præterea Europæ nationes

extolleret, majus opus molitus est, cui titulum *Runæ Svecicæ* dare voluit. Cum tamen illud impressum non sit, videtur autor ipsi immortuus esse. Synopsis tamen ejus prodiit, unde liquet, opus integrum in duo systemata distributum fuisse, quorum prius sequentia comprehenderit capita.

1. Videri omnes Linguas, quæ in Orbe cognito extiterunt, & hodie extant, ortas ex una, & ad unam posse reduci.

2. Naturæ conveniens, imo omnino necessarium fuisse, ex una Lingua multos oriri.

3. Ex confusione Babylonica nullam novam Linguam exortam: & si qua exorta est, momentaneam, & ad breve tempus extitisse.

4. Hebræam, Phœniciam, Chaldæam, Syram, Arabicam, Ægyptiam, Æthiopicam, Phrygicam, Persicam, Dialectorum, non linguarum esse vocamina.

5. Temporum & Locorum intervallis, Dialectos abire in Linguas.

6. Ex Scythica ortas Linguas Primas, non

non minus Orientales, quam Septentrionales, & Occidentales.

7. Thraces & Getas, fuisse Scythas.

8. Ex his profectos primos Populos, primamque Linguam Græciæ, quam alias dictam Barbaram cultu novo politam, minime vero extirpatam, posterioribus temporibus demum Hellenicam & Græcam nuncupaverunt.

9. Græcos cultum, elegantias, poësin, Musas, sacra, Deosque ex Thracia habuisse.

10. Scytharum propaginem præterea esse Europæos; Germanos, Gallos, Iberos, Britannos, Aborigines, sive Umbros primos Italiæ Incolas. Hisce omnibus unam Linguam fuisse Scythicam, in varias Dialectos postmodum scissam.

11. Germaniæ Caput & Principium, olim fuisse Scythiam Europæam Minorem, Peninsulam nimirum Scandinaviam, antiquissimi vero Scriptores Balthiam, Basiliam, Abalum, Bannomannam, &c. Hyperboreorum Insulam indigitarunt.

12. Ex hac Insula (revera Peninsula) derivatos in Germaniam, & diversas Or-

bis Terrarum Regiones, non ſolum multos Populos; ſed etiam Sacra, Ritus & Deos.

13. Peninſulæ ejusdem, & Hyperboreorum Gentem Principem fuiſſe Sueonas ſive Suezios, quos hodie Suethos, Suecos, & Suedos vocitant.

14. Græcis cum Hyperboreis ab antiquiſſimis usque temporibus communionem fuiſſe Sacrorum, Amicitiæ, & mutuæ Neceſſitudinis; & quod magis eſt, Græcos Deos coluiſſe inter Maximos, apud Hyperboreos natos.

15. Suethis cum Thracibus & Byzantinis communes fuiſſe Deos; adeoque ipſos Deos Phrygios ad Hyperboreos migraſſe.

16. Linguam Latinam ex tribus ortam potiſſimum; Aboriginum, ſive Thuſca, Græca & Phrygia.

17. Ciceronem & Varronem, qui propter peculiarem linguæ Latinæ peritiam, habitus fuit Romanorum omnium ſapientiſſimus; linguam Latinam non intellexiſſe; nec Demoſthenem, ipſumque Platonem linguæ Græcæ fundamentalem ſcientiam habuiſſe.

18. Linguam Hebræam, non minus quam Chal-

Chaldæam, Chananæam, & Arabicam, Dialectum esse linguæ Primæ, minime vero ipsam lingvam Primam.

19. Indolem, & Proprietates vocum linguæ Hebrææ veras impossibile esse, dari posse, nisi ex radicibus linguæ Scythicæ.

20. Voces Adamæas, cujus generis sunt Adam, Eva, Cain, Seth, Noah, &c. quas pro antiquitate linguæ Hebrææ vulgo ejus Assertores adducunt; non minus Scythicas, imo Suethicas esse magis, quam Hebræas.

21. Ex vocabulis priscæ linguæ, Gallicæ, & Ibericæ, reliquiis, eas, probari, Scythicas fuisse.

22. Antiquas voces Thuscas, quæ supersunt ex linguâ Aboriginum, Scythicas esse.

23. Linguam Cambricam, quæ vetus est Cimbrica, Dialectum esse linguæ Scythicæ.

24. Voces quæ supersunt, linguæ veteris Phrygiæ, Scythicas esse.

25. Linguam Persicam hodiernam, ut & Armenam, maximam partem constare ex lingua Scythica.

26. Deorum Nomina, pleraque omnium Gentium, origine esse Scythica, & in illis

Sanctum Dei Nomen Tetragrammaton יהוה *Origine esse Scythicum; nec ullum hactenus Hebræum aut Cabalistam, veras nominis istius proprietates, multo minus mysteria, aperire potuisse. Quæ Deo dante reddet autor.*

27. *Ultimo, Sermonem, Primo homini concreatum, aut cum ipsa Ratione, cujus character est, & index in sensum incurrens, infusum.* Opus hoc principale sequi debebat *Systema secundum*, quod, prout ipse Stiernhielmius illud delineat, exhibiturum erat.

1. *Connubium & Nuptias* PANOS & ECHUS, *hoc est, Harmoniam & Analogiam Rerum & Verborum;*
2. *Observationes & Axiomata, quæ propriè spectant ad Scientiam hanc novam Etymologicam;*
3. *Certum numerum Radicum Universalium.*
4. *Sigillatim singulas Radices, ex quibus, certo ordine & methodo, in ipsa rerum genesi fundata, Rivi & Flumina vocum, in præcipuas & ex his ortas linguas educuntur, & hoc est* LEXICON,

seu

ſeu CLAVIS LINGUARUM PRIMARUM UNIVERSALIS, ab ipſo promiſſus.

Plurima fateor hoc opere continentur bona, ſed hoc nobis notandum, prærogativas, quascunque demum Stiernhielmius & Sueci reliqui ſuæ linguæ tribuunt, matri illius ac Borealium reliquarum Veteri Germanicæ potiori jure adſcribi, & (quæ ſententia etiam doctiſſimi Joh. Molleri, Rectoris Flensburgenſis eſt) iisdem, quibus illi utuntur, argumentis haut difficulter poſſe vindicari. Stiernhielmius præter Runam Sueticam conſcripſit *Magogum Aramæo-Gothicum ſive Origines vocabulorum in linguis pene omnibus ex lingua Suecica veteri*; ſed ejus tantum prima litera Aleph, nec ea integra extat Upſaliæ impreſſa. Fecit & *conditorium Linguæ Sueticæ ſive Lexicon vocabulorum antiquorum Gothicorum*, cujus ſola litera prima Holmiæ 1643. excuſa, integrum vero opus MStum aſſervatur in Bibliotheca Collegii Antiquitatum Svecici, teſte librorum Catalogo 1690. edito. Idem

Leges Weſtro-Gothicas antiquas è MSto veteri certo ordine digeſtas cum Præfatione & Indice vocabulorum obſcuriorum, eorumque explicatione Holmiæ 1663, *Ulphilam* vero, ſeu *verſionem IV. Evangeliorum Gothicam cum verſionibus parallelis Suetica, Islandica & vulgata Latina, nec non Præfatione prolixa de linguarum origine & Gloſſario, in quo Gothica Ulfilæ cum aliis & hodiernis Gothicis conferuntur*, Holmiæ 1671. publicavit. Ejusdem *Anti-Cluverius ſeu Origines Sueo-Gothicæ* poſt fata autoris 1685. exiverunt in lucem. Latet vero adhuc promiſſa & fortè non perfecta eſt *Virgula divina ſeu clavis linguarum generalis.* In omnibus autem his ſcriptis non vulgaris eruditio, at nimius etiam in patriam affectus deprehenditur. *Jo. Loccenius* in *Antiquitatibus Sueo-Gothicis* Holmiæ 1654. impreſſis, atque in aliis operibus moderatius paulo antiquitates Septentrionales conſideravit, quod & de *Joh. Scheffero*, Critico eximio, dicendum, cujus Tractatus *de Situ & vocabulo Upſaliæ* 1677. *de tribus orbibus aureis in Scania*

eru-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [209] - 201
PUBLIC DOMAIN

erutis è terra 1675. *de antiquis verisque regni Sveciæ insignibus* 1678. ibidem prodierunt. Nobis proficuum esset, si Schefferi hujus *annotata nondum edita in Grotii Prolegomena ad Scriptores Gothicos* è propria experientia & meditatione congesta, quorum Schubartus in literis ad Rudbeckium mentionem facit, haberemus. *Olaus Verelius*, Regni Antiquarius & Stiernhielmii amicus, ejusque opinionum fautor, linguæ veteris cultores sibi devinxit variis scriptis. Edidit enim *Historiam Gotrici & Rolfonis Westro-Gothiæ Regum* 1664. cum suis & Schefferi notis; *Fragmentum Olai Tryggiasons* eodem anno; *Herraudi & Bosæ Historiam* 1666. *Historiam Hervaræ cum annotationibus* prolixis 1672. *Manuductionem ad Runographiam Scandicam* 1675. *Dissertatiunculam de voce Fanir* 1674. *Lexicon Scandicum* 1691. omnia typis Upsalienſibus expressa. Post Verelium plurima quoque in edendis veteribus Sveciæ monumentis præstitit *Jonas Rugmannus* paulo ante citatus. Præter enim *Monosyllaba Islandica*,

Scheffero teſte, edidit *Klaugu-grat*, h. e. Threnodiam de morte Illuſtriſſimi Comitis Magni Gabrielis de la Gardie carmine *Drott-kuæt* ſive heroico lingua veteri Islandica ad imitationem veterum Skaldorum Upſaliæ 1664. *Fragmenta quædam LL. veterum* collecta ex diverſis Scriptoribus &Hiſtoriis lingua eadem ibidem 1667. *Verſionem Sveticam Hiſtoriæ veteris Islandica lingua ſcriptæ de Regibus Norvagorum*, quæ vulgo *Konunga Sagur* nuncupantur, Wiſingsburgi 1670. *Hliods grein* ſ. artem poëticam veterum Skaldorum autore *Snorrone Sturlæſonio* Islando, verſione Latina brevique indice illuſtratam prælo adornavit. Idem *Hiſtoriam Olavi Tryggonis Regis Norvagiæ* lingua veteri Islandica per Oddum Monachum conſcriptam vertit in hodiernum Sveonum idioma: *Havamal* vero, ſive ſententias morales Regis Odini in Latinum translatas notis philologicis illuſtratam editioni paravit. Voluit etiam *Ligara liod*, Satyram Islandica lingua per Gudmundum Erlandi compoſitam cum verſione Svetica e-

vul-

evulgare: ſed mors inſtituto laudabili impedimento fuit. Eodem temporis momento claruit *Joh. Hadorphii*, Secretarii Archivi Regii & Collegii Antiquitatum patriarum Aſſeſſoris, nomen. *Obſervationes* illius *de tribus Regni Svetici coronis* Schefferi libro de Inſignibus Sveciæ ſubjunctæ ſunt. Quæ præterea ille publicavit, hæc ſunt (1) *Anonymus de Vita Alexandri M.* rythmis Sveticis conſcriptus Wiſingsborgi 1672. (2) *Chronicon Rythmicum duplex* minus & majus Svetico ſermone ſcriptum, cum variis diplomatibus & inſtrumentis publicis ad id ſpectantibus Holmiæ 1676. (3) *S. Olai Regis Norwagiæ Hiſtoria*, rythmis Sveticis cum quibusdam Diplomatibus & Inſtrumentis ibidem 1675. (4) *Codex Legum Danicarum & Scanicarum* ex antiquis Codicibus exſcriptus ibidem 1677. (5) *Færentuna Hærads Runeſteener, med dheràs korta ſchrift och uthydning*, i.e. Explicatio Lapidum Runicorum ibid. 1680. (6) *Leges antiquæ BiærKoæ, Metropolis olim Sveciæ* ex membranis ibidem 1687. (7) *Leges provinciales Gotlandiæ* cum verſi-

one

one Svecica ibid. 1687. (8) *Leges civiles Wisbyenſes* ex lingua antiqua Germanica in modernam Sveticam translatæ ibid. 1689. (9) *Leges maritimæ Wisbyenſes antiquiſſimæ* e verſione Svecica Mich. Agricolæ Epiſcopi Aboënſis cum veteribus Codicibus impreſſis collatæ & editæ Holmiæ 1689. Inter inedita ejus eminet *Opus de monumentis & lapidibus Runicis* ex omnibus Sveciæ provinciis ſumtu regio collectis, numerumque, teſte Rudbekio, millenarium excedentibus. Alia ejus anecdota recenſet Jo. Schefferus in Svecia litterata & Jo. Mollerus in Hypomnematis ad eandem. *Olaus* vero *Rudbekius*, Medicinæ apud Upſalienſes Profeſſor, plerasque Stiernhielmii opiniones cum ſuis conjecturis ingenioſis ſane, ſed aliquando etiam audaciſſimis magno operi incluſit, cui *Atlanticæ ſive Manheimi* nomen fecit. Ibi Gothicam, hoc eſt, Svecicam linguam gentemque antiquiſſimam facit, ſupra omnes attollit & origines omnium populorum Europæorum unà cum eorundem ſacris & moribus è Scandinavia

ſua

ſua arceſſit. Nec tantum Græcia mendax auſa eſt in hiſtoria, quantum ille in rebus patriæ attollendis ſibi ſumit. Argumenta tamen, quibus ad hæc adſtruenda utitur, ponderoſiora, non parum Germanos juvant ad demonſtrandam ſuæ linguæ nationisque vetuſtatem, quam Svecicæ parentem eſſe doctiſſima & ſolida diſſertatione, quam primum edi dignâ, Illuſtrem *Leibnitium* eviciſſe memini. Rudbeckii Atlanticæ prima pars anno 1679. altera 1689. & tertia 1698. Upſaliæ excuſa eſt; quarta vero imperfecta remanſit. *Hiſtoriam Torſtani Wikingſons* Anno 1680. *Jacobus Rehnhielmus*, Regni Antiquarius, atque anno 1691. *Hiſtoriam Olai Tryggvæ filii Regis Norwegiæ* Upſaliæ cum notis publico exhibuit. *Ericus* vero *Auravillius*, Profeſſor Upſalienſis, 1693. ibi *de linguæ Svionicæ recta ſcriptura & pronunciatione* egit. *Gudmundus Olofz-ſon*, Regius Translator linguæ antiquæ ſive Islandicæ, *Hiſtoriam Sturlaugii* ſive *Sagann af Sturlauge hinum Starf-ſama* in dialectum Svecicam translatam Upſaliæ 1694. publi-

blici juris fecit, in cujus Præfatione plura hujus farinæ ſcripta promittit. Anno 1696. Holmiæ prodiit erudita *Nicolai Tiellmanni*, ibidem ad S. Olaum Eccleſiaſtæ, *Grammatica Svecana*. Eodem temporis intervallo *Johannes Peringſkioeldus*, Regis Sveciæ Secretarius, linguæ patriæ operam haud levem tribuit in *Hiſtoria rerum Septentrionalium Snorronis Sturleſonii*, quam ille cum verſione Svecica & Latina anno 1698. emiſit, atque in *vita Theodorici Regis Oſtro-Gothorum & Italiæ, quam* (à Jo. Cochlæo conſcriptam) *cum annotationibus, Sueo-Gothorum ex Scandia expeditiones & commercia illuſtrantibus* 1699. Holmiæ excudi ſivit; & plura adhuc meditatur in publicum edenda. *Nicolaus Kederus*, Aſſeſſor Collegii Antiquitatum, Diſſertationes duas, unam de *Argento runis, ſeu literis Gothicis inſignito* Lipſiæ 1703. alteram *de Nummis Runicis* ibidem 1704. edidit. Jam *Elias Salinus*, Cancellariæ Regiæ Actuarius, non ſolum *Promptuarium Juris Sveco-Gothici ex antiquis Regni Legibus & Statutis ordine Alphabeti-*

co

co collegisse; sed etiam jam *Etymologicum Linguæ Sveo-Gothicæ* condere dicitur, quod utinam brevi in usum publicum prodiret. Summatim vero & candidè in Autoribus Svecicis plerisque noto, eos ingenii plurimum ad investigationem antiquitatum suarum afferre; sed nimium Runis suis, quarum tamen ne unica quidem ultra Christianismum in Septentrionem illatum adscendit, tribuendo, & antiquitatis nostræ nostrorumque medii ævi Scriptorum studium insuper habendo, in graves nonnunquam errores incidere, qui, nisi ab erudito historico Germano, agnosci vix possunt.

Linguæ Finnonicæ & cognatæ *Lapponicæ* mentio hic etiam fieri posset; sed quoniam illæ longiusculè à Germanica abeunt, paucis saltem & obiter refero, *Eschillum Petræum*, Episcopum Aboënsem, anno 1649. Aboæ *Institutionem Linguæ Finnonicæ*; *Ericum* vero *Scroderum* jam anno 1637. *Lexicon Latino-Scandicum quadrilingue*, h. e. *Latinum, Svecicum, Germanicum & Finnonicum*.

Hol-

Holmiæ edidiſſe. Publicavit quoque *Nomenclaturam Finnonicam Henricus Florinus*, Præpoſitus & Paſtor Pæmarienſis, quæ ſub titulo *Vocabularii Latino-Sveco - Germanico - Finnonici* Holmiæ 1695. recuſa eſt. Finnonicæ cognata eſt *Lingva Eſthonica*, ad quam nobis *Manuductionem* dedit *Henricus Göſekenius* Hanoveranus, Paſtor Goldenbecenſis & Præpoſitus Wykenſis, nec non Conſiſtorii Regii Revalienſis Aſſeſſor. Specimen linguæ exhibuit *Jo. Arnoldus von Brand* in Itineris Moſcovitici Deſcriptione pag. 264. ſeq. *Lapponicam* linguam cum Hebræa contulit jam ſupra adductus *Olaus Rudbekius*, Junior, in *Lappone Hebraizante* Upſaliæ 1703. excuſo atque in *Epiſtola* peculiari de eodem argumento ad Jo. Walliſium Anglum data. Idem quoque de Lingua Lapponica quædam attingit in *Nora Samolad* ſive *Lapponia illuſtrata*, cujus prima pars Upſaliæ 1701. prodiit.

CAP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [217] - 209
PUBLIC DOMAIN

Cap. XXIII.

De iis, qui Persicam linguam Germanicæ affinem dixerunt.

VEtustissimos vero Celtas & cum iis Germanos è Scythia Asiatica in Europam commigrasse multi statuunt, nec sine fundamento. Hinc Persica lingua magnum vocum cum nostris congruentium numerum nobis exhibere dicitur. E *Guilielmi Burtoni Lipsanis veteris linguæ Persicæ* quædam huc trahunt eruditi, & convenientiam utriusque linguæ *Marc. Zuer. Boxhornius* in *Epistola ad Nic. Blanckardum* 1647. scripta, & Taciti editioni anno 1661. subnexa demonstrare conatur. Ante eum jam *Mich. Piccartus*, Altdorffinus Philosophus, *Germanos Persarum fratres esse* peculiari Oratione adseruerat, fassusque erat magnus *Scaliger*, *cum ratione illos insanire, qui ita sentiant; & Franciscus Raphelengius, Bon. Vulcanius, Justus Lipsius,*

Georgius Richterus & Sam. Bochartus idem judicaverant. Quin & *Claudius Salmasius in Libro de Lingua Hellenistica* scripserat, *Persica seu Parthica, quæ & ipsa autores originis habeant Scythas, infinitas proferre voces, quæ eædem reperiantur in Græca pariter & Teutonica dialecto.* Quam opinionem ipsi verosimiliorem reddiderat *Joh. Elichmannus*, Silesius natu, Linguæ Persicæ peritissimus, qui multo studio tandem *compererat, ex eadem origine fluxisse Germanicam & Persicam lingvam, ad hanc conjecturam illum ducente infinita vocum copia utriusque linguæ communium, sed & verbis similiter terminatis, eodem modo compositis, aliisque argumentis*, ut de eo hoc ipse Salmasius in Præfatione *Versionis Arabicæ Tabulæ Cebetis ab Elichmanno elaboratæ* testatur. Fundamentum hujus suæ sententiæ nobis ipse Elichmannus libro peculiari exhibuisset, nisi immatura eum mors anno 1639. orbi literato surripuisset. Post hunc tamen *Christianus Ravius*, qui opima orien-

entis ſpolia noſtris terris intulit, eandem linguarum Perſicæ & Germanicæ convenientiam in Elementis linguæ Perſicæ p.89. ſenſit. Interim opinio illa ſe nunquã probare potuit *Andreæ Mullero, Greiffenhagio, Chriſtophoro Adamo Ruperto, atque Auguſto Buchnero*, viris in his ſtudiis verſatiſſimis. Et hic quidem in Epiſtola ad Andr. Tſcherningium ſcribit: *Caſu quodam ſit, ut diverſarum linguarum voces eædem ſint & nihilominus tamen natæ domi. Obſervarunt ſummi atque eruditiſſimi Viri quasdam Perſicas voces, quas & Germani habemus, atque ejusdem ſignificationis. Quas ſi quis Perſicæ Originis aut illas Germanicæ ſtatuere vellet, nonne exſibilandus ille videretur?* Jam vellem *Adrianum Relandum*, Clariſſimum Virum, qui linguas orientales apud Ultrajectinos profitetur, & plurimis hactenus eruditis libellis, quantum in hoc argumento poſſit, nos edocuit, perſvaderi poſſe, ut in eandem rem ſuo more curatiùs inquirat, & ſuam pariter ſententiam nobis dicat.

Cap. XXIV.

De scriptis Opitii, Grotii, Harsdorferi & Vredii origines linguæ nostræ explicantibus.

Martinus Opitius, Germaniæ Virgilius, & omnium elegantiarum poëticarum apud nos parens, ut Lingvam patriam juvaret, 1639. Dantiſci emiſit *Incerti autoris Rhythmum de S. Annone Colon. Archiepiſcopo ante D. aut circiter annos conſcriptum & animadverſionibus eruditis illuſtravit.* In Præfatione de antiquitate noſtræ linguæ & de ſignificatione nominum quorundam propriorum Germaniæ eleganter pro more ſuo diſſerit. Diu etiam animo volverat *Daciam* antiquam & ſtupendum ad eam apparatum undique congeſſerat, ſed deſultorio vitæ genere impeditus ultimam operi manum apponere non potuit, quod poſt Opitium anno 1639. peſte ſublatum plane periiſſe Morhofius putat. Neque inde nobis quicquam ſupereſt præter ea, quæ in ejusdem *Variarum Lectio-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [221] - 213
PUBLIC DOMAIN

Etionum libro Sarmatica præcipuè comprehendente & 1637. impresso obiter commemorantur.

Annus 1645. abstulit nobis *Hugonem Grotium*, omnium scientiarum capaci ingenio præditum, qui studio etiam critico tantum inter reliquos eruditos eminuit, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Ex *Historia* vero *Gothorum, Vandalorum & Longobardorum ab eo partim versa, partim in ordinem digesta*, & post obitum ejus 1655. Amstelodami demum edita, *Prolegomenisque Regum Gothorum ordinem & Chronologiam comprehendentibus* elucet, eum & nostras & Septentrionalium res percalluisse. Adjecta sunt *Nomina appellativa & propria, nec non verba Gothica, Vandalica, & Longobardica, quæ in illo volumine reperiuntur*, cum solida explicatione.

Sequenti post Hugonem Grotium defunctum anno *Georgius Philippus Harsdorferus* libellorum Germanicorum magno numero notus atque ob styli vulgaris elegantiam celebris, cujus quoque jam supra

mentio facta, Norimbergæ *Specimen Philologiæ Germanicæ, continens disquisitiones XII. de Linguæ nostræ vernaculæ historia, methodo & dignitate*, Sereniſſimo Auguſto Duci Brunſv. & Luneburgenſi, omnis eruditionis elegantioris tunc ſtatori, ſacravit.

Cum anno 1650. *Olivarius Vredius, JCtus* Brugenſis, in eo eſſet, ut *Hiſtoriam Comitum Flandriæ* daret in lucem, præmiſit illi Brugis eodem anno *Libros Prodromos duos*, in quibus quid ſibi velint *Comitis* & *Flandriæ* voces explicavit. Verſatus quidem ibi eſt in opinione erronea, quod Franci, qui Galliam occuparunt, ejusdem generis & linguæ fuerint cum Gallis veteribus & Flandrenſibus noſtris, quodque a prima origine ſuâ habitaverint eam, ubi nunc Flandria ſita eſt, regionem: nihilominus tamen bona affert plurima, quæ Germanicæ linguæ cultor ignorare non debet. Scitu certè digna ſunt, quæ libro I. cap. 7. & 8. de Francis linguæ Latinæ Studioſis, & cap. 12. & 13. de origine linguæ Gallicæ ho-

hodiernæ ex lingua Romana magnam partem corruptæ affert. Libro II. cap. 2. Catalogum vocum Gallicarum veterum exhibet ex autoribus antiquis, easque cum Flandricis ſuis confert. Cap. 20. integrum vocum Francicarum Gloſſarium ex Hiſtoricis, Capitularibus, Legibusque vetuſtis & Diplomatibus Francicis collectum inſeruit atque ex patria lingua explicavit. Cap. 21. ſpecimina aliquot linguæ Francicæ veteris cum Flandrica collatæ dedit. Cap. 23. Flandrorum Legem, *Keure-Brief* dictam, cum Lege Salica comparavit & voces ejus difficiliores expoſuit. In Additionibus operis pag. 22. Gloſſaria, Lipſianum, Otfridinum Gaſſari, & illud, quod ipſe ex Willeramo collegerat, recenſuit atque cum Flandricis verbis contendit. Idem Vredius *univerſam Linguam Latinam ad fontes Græcanicos, ingenti mole & volumine ſe reduxiſſe* Libro I. Prodromo teſtatur, quod tamen opus hactenus ineditum eſt. Obiter notandus eſt error Henningis Wittenii, mortem doctiſſimi Vre-

dii in annum 1642. referentis, qui tamen adhuc anno 1650. vixit, variasque Historiæ Flandricæ partes Patronis suis diversis eodem anno dedicavit.

Cap. XXV.

De Boxhornii sententia, Europæas linguas e Scythica derivantis.

Qui anno 1653. vitam cum morte commutavit *Marcus Zuerius Boxhornius*, Eloquentiæ & Historiarum Professor Lugduni Batavorum, nostris studiis utilem operam navavit, quando non solum *Historiæ suæ Universali* notabiles *Glossas Theotiscas* inseruit, atque in Epistola ad Nicolaum Blanckardum *Persica vocabula Curtii cum Germanicis* contulit, sed etiam unà cum Haymonis Historiæ Ecclesiasticæ Breviario *Prima Religionis Christianæ monumenta Teutonica* Lugduni Bat. 1650. edidit, atque *Origines Gallicas* (post obitum ejus demum excusas & supra à nobis citatas) exposuit. Idem in *Additionibus ad Chronicon Seelandi-*

dicum Johannis Reygersbergii, Middelburgi 1644. publicatum Nominum propriorum etyma curiosè expendit. Majores autem ipsi gratias agendi causas posteritas haberet, si licuisset ipsi perficere opus diu meditatum, quo Gentium & Linguarum Europæarum Origines Scythicas nobis demonstraturus erat. Lubet sententiam ejus hanc circa rem ex *Georgii Hornii Præfatione in Origines Gallicas*, paulo fusius explicare. *Cum anno Chr. 1646.* inquit Hornius, ex Anglia redux *ipsum Boxhornium officii & honoris ergo salutassem, tum forte ex gravissimo convalescentem morbo reperi: cumque virium debilitas consuetos in Academia labores nondum ferret, neque tamen domi otiosus omnino desidere posset, ut longi temporis tædia falleret, Origines vocabulorum Belgicorum examinare cœpit. Vidit innumera vocabula, Germanis, Latinis, Græcis & aliis per Europam nationibus, communia esse. Inde conjiciebat à communi fonte eam similitudinem profectam, id est, eadem omnium illarum gen-*

tium Origine. Displicuerunt Goropii & Schriekii conatus, neque satisfaciebant novæ Cl. Bochardi, pro Phœnicibus, machinationes. Quare alia via rem aggressus, communem quandam Linguam, quam Scythicam vocabat, matrem Græcæ, Latinæ, Germanicæ & Persicæ statuit, ex qua illæ, velut Dialecti, proficiscantur. Non ergo vel Latinos à Græcis, vel hos à Germanis, quæ communia inter se habent, hausisse, sed ab eadem, id est Scythica origine. Hi ipsius conatus cum in publicum emanassent, multis ipsa novitate mirabiles videbantur. Quidam præcipiti judicio labores ejus in universum damnabant, quod vel nulla Lingua Scythica communis fuisset, vel saltem penitus obliterata nobisque incognita esset. Hi dicebant eum novam Linguam, suo arbitratu, cudere. Alii fatebantur quidem ejusmodi olim linguam fuisse; cæterum negabant inde Græcos vel Latinos sua vocabula accepisse; nam de Germanis, utcunque id fieri potuisse, fatebantur. Quæ quidem præjudicia non absterruerunt Cl. V. ut vel

ab

ab opinione semel concepta desisteret, vel cœptum opus abrumperet: quin magis inflammatus fuit, ut cunctas Linguas earumque Lexica, cum cura & studio excuteret, unde silvam infinitarum vocum congessit, ex quarum collatione suam de Lingua Scythica opinionem sibi stabilire posse videbatur. Et animum in proposito ipsius obfirmavit, quod magnum illum Salmasium, nuper ingenti damno reip. literariæ ereptum, in eadem fere sententia ex commentario de Lingua Hellenistica deprehendisset. Lingua igitur Scythica apud antiquos notissima fuit, ut & ipsa gens Scytharum, quæ Septentrionales Asiæ & Europæ populos complectebatur. Antiquissima enim Orbis divisio in tres partes fuit, quarum media Græciam, Italiam, Asiam complectebatur; Septentrionalis Scythia, Australis Æthiopia dicebatur, Strabone teste. Scytharum iis genera Arimaspi, Sarmatæ, Hyperborei, Sacæ & Massagetæ. ut idem autor libro XI. refert. Sub Hyperboreis Hispanos, Gallos, Germanos, Illyricos, Britannos complectebantur, quæ

quæ nationes in universum, Celtæ & vel Celto-Scythæ. Jam vero omnes hos Celto-Scythas, id est Illyrios, Germanos, Gallos, Hispanos, Britannos, Suecos, Norwagos, una lingua usos, ex professo Vir diligens Phil. Cluverius ostendit, ac tum autoritate veterum, tum populorum appellationibus, nominibus propriis & aliis, quæ communia habebant, rerum vocabulis probavit. Alii vero, quos inter etiam Salmasius, Germanos à Getis & Dacis Ponticis ortos statuunt. Hi autem ipsissimi Scythæ veterum & ipsorum lingua ea quam Boxhornius Scythicam vocabat. Sed quid post mortem ejus laboriosis his Commentariis acciderit, & quo devenerint equidem nescio. Ipse interim Boxhornius suæ sententiæ fundamenta breviter proposuit in Libellis duobus *de Dea Nehalennia* lingua Batavica publicatis. Prioris titulus est: *Bediedinge van tot noch toe onbekende Afgodinne Nehalennia; over ettelike hondert Jaren onder t' sant begraven, ende onlangs ontdeckt op het Strandt van Walcheren. Tot Leyden 1647.*

1647. Posterior inscribitur: *Antwort op de Vragen, voorgestelt over de bediedinge van de afgoddinne Nehalennia, in welcke de gemeine herkomste van de Grieken Romeynen unde Duytsche tale uyt den Schythen duydelick bewesen, ende verscheyden out heden van dese volckeren ontdeckt, ende verklaert worden. ibid. 1648.*

Cap. XXVI.

De Bellini, Tscherningii & Schottelii scriptis Criticis.

Anno 1657. *M. Joh. Bellinus*, Rector Scholæ Wismarienſis, in Societate Teutonica *der Willige* dictus, *Orthographiam Teutonicam*, ſive, ut titulus libelli Germanicus habet: *Hochdeutsche Rechtschreibung, darinnen die insgemein gebrauchliche Schreib-Art und derselben in vielen Stücken grundrichtige Verbässerung unforgreiflich gezeiget würd*, Lubecæ evulgavit. Ibidem anno 1660. prodiit

diit ejusdem autoris *Syntaxis Præpositionum Teutonicarum*; sive, ut vulgari idiomate inscribitur, *Deutscher Forwörter kunstmässige Fügung, nebenst forhergeätzter notwendig erforderter Abwandelung der Geschlächt-Nänn- Fürnänn- und Mittel-Wörter.* Utroque in opusculo quædam bonæ notæ cogitata occurrunt & commendari mererentur labores viri non indocti, nisi orthographica Cæsii hæresi infectus esset. Annus 1659. abstulit nobis par insigne Poëtarum Germanicorum, Opitiana vestigia arctè prementium, *Simonem* nempè *Dachium* Regiomontanum, & *Andream Tscherningium* Rostochiensem, Poëseos Professores, quorum ultimus hoc ipso mortis suæ anno Lubecæ emisit elegantem atque etymologis utilem libellum; cui titulus est: *Unvorgreiffliches Bedencken, über etliche Misbräuche in der Deutschen Schreib-und Sprach-Kunst, insonderheit der edlen Poëterey.* In Saxonia deinde nostra & quidem Brunsvici anno 1663. *Justus Georgius Schottelius,*

J. U.

J. U. D. & Sereniſſimi Ducis Brunſv. & Luneb. Conſiliarius aulicus & Conſiſtorialis emiſit opus de Lingua Germanica partim renovatum & auctum, partim planè novum, quinque libris conſtans; in quo linguæ hujus origo, genuinitas, antiquitas, ubertas, & in multis incomparabilitas oſtenditur, linguaque ipſa à variis ineptiis vindicatur: in quo nec minus *linguæ ipſius fundamenta rectè ſtructa, Grammatica nimirum & Poëtica in artis formam redactis: Doctrina componendi, derivandi in Linguam introductio, tot vetuſtiſſima Celtarum nomina propria, Dialectorum variatio, Proverbia Germanica, modus interpretandi Scriptores rerum Germanicarum ut & de lingua ipſa, primitiva item ſeu radice linguæ Germanicæ, plurimaque alia linguam, remque Germanicam concernentia, tam ex recentioribus, quam ex antiquitate, integris tractatibus aut orationibus eruuntur, enarrantur, explicantur. Germanicè quidem, ita tamen, ut in toto opere lingua Latina ſit ſimul explicatrix,*

ut

ut ipsis autoris utar verbis. Oratione X. pag. 159. sq. optimum ille nobis *Consilium de Lexico Germanico omnibus numeris absoluto conficiendo* exhibuit. In derivationibus tamen vocum, radicumque inquisitione non admodum feliciter versatum fuisse virum cætera eruditum, nobis hic cum Morhofio notandum est. *Schottelii ejusdem brevis & fundamentalis Manuductio ad Orthographiam & Etymologiam in lingua Germanica*, Brunsvici 1676. impressa, ex opere majore, quod modo nominavimus, excerpta est. Eundem quoque autorem agnoscit libellus Germanicus, qui Brunsvici 1673. prodiit, sub titulo *Horrendi Belli Grammaticalis Teutonum antiquissimorum*, sive *des Wunderbaren ausführlichen Berichts, welcher gestalt vor länger als zwey tausend Jahren in dem alten Teutschlande das Sprach-Regiment gründlich verfasset gewesen: hernach aber, wie durch Mißtrauen und Uneinigkeit der uhralten Teutschen Sprach-Regenten ein grausamer Krieg, samt vielem Unheil entstanden, daher guten*

ten Theil noch jetzo rühren, die in unſer Teutſchen Mutter-Sprache verhandene Mund-Arten, Unarten, Wort-mängel. Ejusdem liber de ſingularibus & antiquis in Germania juribus & obſervatis jam ſupra à nobis eſt commemoratus.

Cap. XXVII.

De Specimine & regulis etymologicis Claubergianis.

INcerti hactenus erraverant etymologi in derivationibus ſuis & modo ex Hebræa, modo ex Græca, nonnunquam ex Latina voces Germanicas arceſſiverant, ingenioque multum, rationi parum hoc in negotio plerumque indulſerant. Unde etymologias quærendi labor otioſorum hominum atque inutilis creditus eſt ab iis, qui ſibi prudentiores ceteris videbantur. Occurrit tamen huic malo anno 1663. *Johannes Claubergius*, Theol. & Philoſ. Doctor & Profeſſor Duisburgenſis, vir undecunque profundè doctus,

etymologisque viam certam & regiam, quam secuti veras tandem radices invenire, studioque suo operæ pretium facere possint, ostendit in elegantissimo libello, cujus inscriptio est: *Ars Etymologica Teutonum è Philosophiæ fontibus derivata, id est via Germanicarum vocum & origines & præstantiam detegendi, cum plurium tum harum* VERNUNFT, SUCHEN, AUSSPRUCH *exemplis, atque exinde enatis regulis præmonstrata.* Ut scias, quæ princeps ei sit sententia, indicavit illam verbis his *Teutsch von Teutschen* titulo subnotatis, quibus indicat, *voces Germanicas è Germanicis esse deducendas.* Conspiravit olim hac in re cum ipso, ut reliquos prætermittam, *Bisterfeldius*, qui in Epistola ad amicum ita scribit: *Post linguam Hebræam non scio quæ subtilius feliciusque rerum naturas explicet Germanica* &c. *Sed paucis hæc cognita sunt, præsertim iis, qui miro ausu Germanicam linguam ex Latina derivare satagunt: quod doctissimo Polyhistori Mat. Martinio accidisse obstupesco. Sorores linguas esse non negaverim, vel potius con-*

consanguineas, Latinæque aviam Teutonicam. Ex accuratâ vero nostræ linguæ consideratione Claubergio viginti quatuor regulæ sunt enatæ, quas si observes, à vero in arte derivandi scopo vix aberrare poteris. Ut autem aureæ hæ regulæ omnibus innotescant, placet eas his excerptas dare. Prima, ut jam dixi, & præcipua est: *Germanica vocabula prius & potius è Germanicis, quam ex peregrinis fontibus derivanda.* II. *Argumenta ab analogia petita sunt eò validiora, quò major vocum, quæ inter se conferuntur, similitudo elucet.* III. *Cum ad materialem vocum similitudinem accedit formalis, h. e. cum non modo literæ & syllabæ respondent originemque patefaciunt, verum etiam significatio apprime quadrat, tum demum etymologia certa est.* IV. *Dialectorum & antiquitatis consideratio multum facit ad linguæ Germanicæ origines inveniendas.* V. *Quoties in aliis eruditis linguis similem quoad materiam aut formam, maximè si quoad utramque, conspicimus derivandi rationem, nova inde Germanicis originibus lux accedit.* VI.

A sensibilibus ad intelligibilia quam plurima vocabula sunt tradu&ta. VII. *Vocabulorum Teutonicorum major est quandoque bonitas quam Græcorum, Latinorum aliorumve peregrinorum.* VIII. *Voces quæ à perfe&tione rei petitæ sunt, meliùs eam exprimunt, quam quæ ab ejus defe&tu vel corruptione.* IX. *Veritas & elegantia originationis Germanicæ & propriæ ex oppositione originationis falsæ & alienæ clarius elucet.* X. *Vocales omnes inter se permutari possunt.* XI. *Nulla vocalis tam est germanis familiaris quam E.* XII. *Majores nominum vocales sunt è minoribus verborum, unde derivantur.* XIII. *In aliarum vocum ab aliis deduction sæpius magnæ vocales abeunt vicissim in parvos.* XIV. *Non omnes consonæ æquè facilè jungi possunt, sed aliæ magis aliis sociari gaudent.* XV. *Ubi plures consonæ ad unam syllabam conveniunt, quam ut euphonia salva videatur permanere, aliquando una vel altera eliditur.* XVI. *Consonæ lenes tantum cum lenibus, asperæ tantum cum asperis conjungi possunt in pronunciando.* XVII. *Germani ad for-*

fortem potius quam ad mollem pronuntiationem inclinant. XVIII. *Sæpius S. consona fortis est & fortibus jungitur.* XIX. *Nulla est magis amica consonantium societas, quam si planè similes jungantur.* XX. *Sonus longus vocalium compensat geminationem consonantium, & contra.* XXI. *Germani certas vocales certis rebus per vocabula denotandis eleganter accommodant.* XXII. *Vocabula diversarum linguarum synonyma non semper accurate sibi respondent.* XXIII. *Germani sæpe diphthongos amant, ubi Græci & Latini vocalibus utuntur simplicibus.* XXIV. *Plurima Teutonum vocabula composita, ubi inversa fuerint, novas accipiunt significationes.* Singulas hasce regulas selectis exemplis pluribus illustratas dedit. Confecit præterea majus opus *de Causis linguæ Germanicæ*, cujus librum quintum in libello laudato citat, atque illud prælo paratum se habere innuit; sed morte præpeditus ad hæredes transmisit, qui magno sibi beneficio rempublicam literariam obstringerent, si, quod supereſt in publicum emit-

terent aut nobiscum communicarent. Composuit etiam integrum *librum de Sibilo Germanorum* ad exemplum Messalæ Corvini, cujus mentionem ibidem p. 32. facit, sed neque hic lucem hactenus adspexit.

Cap. XXVIII.

Descriptis Criticis Vorstii, Junii, Cæsii, Lambecii.

Anno 1669. *Johannes Vorstius*, Bibliothecæ Electoralis Brandenburgicæ & Gymnasii Joachimici Præfectus, Berolini *Observationes in linguam vernaculam* edidit, in quibus vocabulorum quorundam origines genuinas feliciter detexit, atque ex antiquis monumentis exposuit.

Anno 1670. decessit *Balthasar Scheidius*, Græcæ & Orientalium linguarum Professor Argentinensis, qui *Enodationes Vocabulorum quorundam Germanicorum in vulgus minus notorum, quibus B. Lutherus in sua versione Bibliorum usus est, cum ex ipsa Linguæ Germanicæ origine & indole, tum ex Hebraico Græcoque textu & colla-*

collatione variarum Germanicarum translationum peculiari dissertatione dedit.

Sed graviorem postea jacturam passa est res Germanorum Critica, cum anno 1678. *Franciscus Junius*, Franciſci filius, cujus jam supra aliquoties mentio a nobis facta est, Windesorii in Anglia, quo ut eo commodius Anglo-Saxonica evolvere posset, se contulerat, in ædibus Isaaci Vossii, propinqui sui, obiisset. Multum ille temporis insumserat studio linguarum Septentrionalium atque undique conquisiverat sibi ingentem ad illustrandas illas apparatum. Præter *Codicem Argenteum Ulfilæ* & magnum Anglo-Saxonicorum monumentorum numerum, plures Francicos sive Teutonicos & Cimbricos (hoc est, ut ipse interpretatur, Islandicos, Danicos Suecicosque) ut & Frisicos Codices veteres nactus erat. Ex quibus alios luci publicæ destinabat, alios ad exornandum *Lexicon* illud grande *Linguarum Septentrionalium*, quod meditabatur, studiose servabat.

Catalogum horum *ſuorum Manuſcriptorum* addidit ipſe editioni Evangeliorum Gothicorum; multo vero auctior ille in Catalogo MStorum Bibliothecæ Oxonienſis atq; ad calcem Grammaticæ Anglo-Saxonicæ Hickeſianæ extat. Conſtituerat apud ſe Junius editionem *Harmoniæ Tatiani Latino-Francicæ*, & ſelectas in illam annotationes confecerat; prælo item paratum habebat *Corpus Gloſſariorum Francicorum veterum*, quorum majorem partem è ſelectiſſima Iſaaci Voſſii Bibliotheca depromſerat. Ne typi deeſſent, Gothicos, Anglo-Saxonicos & Runicos ſuis ſibi ſumtibus comparaverat, quos moriens unà cum omni ſupellectile MSta, ne quid inde periret, Academiæ Oxonienſi teſtamento legavit, ubi in perpetuam ejus memoriam adhuc ſanctè cuſtodiuntur. Inter ea etiam eſt *Gloſſarium quinquæ Linguarum Septentrionalium*, in quo Junius illarum origines ex vetuſtis monumentis indagavit; hoc *Johannes Fellus*, Epiſcopus Oxonienſis, teſte *Jo. Georg. Grævio*, in *vita Junii*, XI. voluminibus nitidiſſimè de-

describi curavit, ut typis mandaretur; attamen illud hactenus nondum iis expressum fuit.

Claruit hoc temporis tractu *Philippus Cæsius* (vero nomine *Blau* vocatus) Prioravienſis Saxo, Comes Palatinus Cæsareus, Eques, & in Societate Fructifera *der Wohl-ſetzende*, in Collegio autem Rosigero à se fundato *der Færtige* appellatus. Totum hic se tradiderat linguæ & poesi patriæ excolendæ & reformandæ, quem in finem etiam Societatem literariam, de qua supra fusiùs actum, condiderat. Ipse multarum linguarum peritus & doctrina non vulgari insignis Carmina condebat & Latina & Germanica, quæ ingenio & suavitate sua se commendabat. Cum autem tandem singularem plane rationem scribendi introduceret, vocesque plures usu receptas suspectas redderet, atque insolentia & à se conficta vocabula iis substitueret; bilem eruditorum quorundam virorum eam ob causam in se commovit, & acriter reprehensus est ab *Augusto Buchnero*, *Andreâ Tschernigio*,

anleoferma nda &

Juſt. Georg. Schottelio, Herm. Conringio, Joach. Rachelio, Georgio Neumarkio, J. Pet. Titio, Georg. Dan. Morhoſio, Eraſmo Franciſci, Chriſt. Weiſio, Erdm. Neumeiſtero aliisque. De cætero tamen Germanicæ linguæ proprietates ille intus & in cute novit, & quando etymologicas disquiſitiones ſuis opuſculis interpoſuit, id quod ſæpius fecit, ingenium cum ſingulari judicio in eo conjunctum deprehendimus. Quoties vero, quæ, aliud quaſi agendo, de terminis technicis venatorum, metali foſſorum, opificum & ruſticorum *Hebdomados Roſeæ ſecundæ die quarto* interſperſit, ſtudioſius relego; toties profecto virum eruditiſſimum *Lexico terminorum technicorum Germanico* conficiendo nullam operam impendiſſe doleo. Si enim hanc in aream deſcendiſſet, certiſſimè ibi omne punctum tuliſſet. Obiit Cæſius poſt labores multos exantlatos Hamburgi 1689, editisque libris pluribus memoriam ſuam poſteris commendavit, quos in *deſignatione Cæſianorum Scriptorum* (*in dem Verzeichnis der Zeſiſchen Schriften*) recen-

censuit *Heinricus Gablerus*, J. U. D. & Syndicus Reipublicæ Francofurtanæ, in Societate Rutigerâ *der Stützende* nominatus. Enumerat etiam scripta Cæsiana *Henningus Wittenius* in *Diarii Biographici Tomo II. pag. 171.* quo Lectorem curiosum remittimus. Inter assecla & defensores Philippi Cæsii præcipuos fuit *Andreas Daniel Habichthorstius*, Theologiæ Professor Rostochiensis, qui orthographiæ & poeseos Cæsianæ apologiam Hamburgi anno 1678. edidit, eamque Germanicè vocavit *Wohlgegründete Bedenck-Schrift über die Zesische sonderbahre Art Hochteutsch zu schreiben und zureden.* In ea non Cæsium tantum ab æmulorum calumniis vindicat, sed etiam quandoque ad criticas disquisitiones digreditur.

Sequenti anno fatis concessit *Petrus Lambecius*, S. Cæs. Maj. Consiliarius, Historiographus & Bibliothecarius, qui nullam unquam literas Germanicas promovendi & illustrandi dimiserat occasionem. Habemus ejus rei specimina non una in *Rebus Hamburgensibus* ab

ipso

ipso conscriptis & Hamburgi 1652. & 1661. evulgatis, atque in *Tomo II. Bibliothecæ Cæsareæ* Viennæ 1669. edito; ubi plurimos rarissimos Codices MStos Teutonicos ejusdem Bibliothecæ nobis detexit, quos absque hac ejus opera plurimam aliàs partem nesciviſſemus. Quod si ipsi absolvere, quæ meditabatur, licuisset, haberemus non solum accuratissimum *Bibliothecæ Cæsareæ breviarium*, & *Historiam Hamburgensis reipublicæ integram*, verum etiam *rerum Germanicarum scriptores varios, variaque acta publica*, quæ omnia fusius ipse *Lambecius in Catalogo operum suorum* enarravit. Qui anno 1672. rebus humanis exemptus est *Joh. Henricus Boëclerus*, linguæ nostræ intelligentissimus fuit, & licet ipse ob alià negotia plura nihil ediderit, quod huc pertineat, præsedit tamen *Disputationi de lingua Celtica*, juvenis eruditi, in qua de linguæ Teutonicæ antiquitate, corruptione, restitutione, elegantia & majestate non ineleganter agitur. Extat illa Tomo II. Dissertationum Academicarum Boecleri num. VIII. pag. 338. sq.

CAP.

CAP. XXIX.

De scriptis Criticis Voigti & Kempii, ac commentatoribus in Acta Sanctorum.

NEc parva fuit jactura, quæ Criticos nostros afflixit, cum immatura morte decederet anno 1681. *Caspar Voigtus*, Wismarienſis civitatis Conſul. Summo ille ſtudio congeſſerat nomina locorum Italiæ, & cum iis populorum & locorum Cimbricorum, Gallicorum, Teutonicorum & Gothicorum vocabula diligenter contulerat, unde ipſi pulcherrimum *Opus Origines Italiæ è Septentrione arceſſens* enatum fuit. Honorificam ejus mentionem Morhofius in Literis ad Rudbekium datis, atque in vernaculo de Lingua & Poeſi Germanica libro cap. II. Tentzelius in Colloquiis Menſtruis anni 1690. p. 174 & Wittenius in Diario Biographico fecerunt. Nondum tamen hactenus in lucem protractus eſt pulcherrimus hic ingenii Voigtiani fœtus.

Eodem anno mortuus eſt Antwerpiæ

piæ *Godefridus Henſchenius*, S. J. qui ab Heriberto Roſweido cœpta, & à Jo. Bollando continuata *Sanctorum Acta* per menſes Martium, Aprilem & Majum promovit, & annotationibus ſelectis exornavit. In his feliciter plerumque verba Scriptorum mediorum barbara explicat, & ex fontibus Teutonicis deducit. Imitati eum hac in re ſunt, *Daniel Papebrochius*, *Franciſcus Baertius*, *Conradus Janningus* & qui præterea ipſi ſucceſſerunt.

Annus ſequens nos *Martino Kempio* Electoris Brandenburgici Hiſtoriographo privavit, qui variis in libris Criticæ poeticæque Germanorum curam ſuam impendit.

Cap. XXX.

De ſpeciminibus etymologicis Morhofii, Arnoldi, Hachenbergii & Kirchmeieri.

Lætiori tamen ſidere illuſtrata fuit eodem anno 1682. patria noſtra *Georgio Daniele Morhofio*, pulcherrimum de

de lingua & poesi Germanorum Commentarium Kilonii edente, sub titulo: *Unterricht von der Teutschen Sprache, und Poesie, deren Fortgang und Lehrsätzen*, qui postea an. 1700. præfatione erudita auctus & Lubecæ recusus est. Extollit ibi præstantiam & antiquitatem linguæ nostræ, atque ab ea Græcam Latinamque deducere nullus dubitat, exemplis sententiam suam confirmans pluribus, quæ inter tamen sunt quædam Daumio, ut postea videbimus, se non omnino probantia. Jam olim Morhofius juvenis collegerat varia argumenta, quibus demonstrare volebat præclara Græcorum omnia à nostris progenitoribus descendisse, sed editâ à Rudbeckio Atlanticâ manum de ista tabula tulit, ut ipse de se in Epistola ad Rudbeckium testatur. Titulus Operis in Catalogo Nundinali Lipsiensi hic erat: *Mysterium Septentrionis, seu Dissertatio Theologica, Physica & Politica de terra Septentrionali.* Paravit deinde Morhofius *librum de Cimbrorum Colonis in Italiam, ante Urbem conditam missis,*

cu-

cujus ipſe in Oratione VIII. meminit, ac *Diſſertationem de Linguarum Græcæ & Latinæ novitate* in Commentario de lingua & poeſi Germ. Part. I. c. 1. p. 4. promiſſam, & à Sam. Rachelio in Introduct. in Juspubl. p. 95. laudatam. Idem porro nos jubet à ſe expectare egregium & diffuſum opus *Originum Germanicarum*, ad cujus elaborationem materiam copioſam jam conquiſiverit, nec non *Diſſertationem de Mannis Germanorum*, & *Tractatum de Germanorum in rem literariam meritis*, cujus ſolum exordium ſuperſtes excuſum eſt anno 1699. in Diſſertationum Academ. volumine. Editurus item erat Diſſertationem *de Characteribus linguarum*, & aliam de *Philoſophia Alphabetaria*, in qua de literarum natura & varia apud varias gentes pronunciatione agere conſtituerat, niſi præmatura morte nobis anno 1692. ereptus fuiſſet. Unde jam ex tot eruditis & lautis promiſſis ſolus nobis *Catalogus à Jo. Mollero, Rectore Flensburgenſi*, confectus, & recenti Polyhiſtoris Morhofiani editioni præmiſſus, reſtat.

Chri-

Christophorum Arnoldum, Eloquentiæ, Poeseos ac Græcæ linguæ Professorem Norimbergensem, qui anno 1685. ad patres abiit, & variis eruditè conscriptis opusculis famam sibi posthumam conciliavit, etymologiarum Germanicarum curam habuisse patet ex *Epistola prolixa ad Georg. Richterum* scripta, in qua *Origines vocum quarundam Germanicarum* solicitus scrutatur. Extat ea inter Epistolas Richterianas p. 99. & seqq.

Anno 1686. Jenæ prodiit *Pauli Hachenbergii Germania media*, in qua doctus autor expendit, quæ Germanorum vita, qui mores pace belloque observati, quæ imperia legum ac religionis post Trojani ævum ad Maximiliani I. Imp. Imp. Seculum usque fuerint. Dissertatione verò VII. integra *historiam linguæ Germanicæ* breviter & eruditè persequitur. Recusus est nuper hic Hachenbergii fœtus Halæ ex recensione *Guilielmi Turckii*, qui *Dissertationem de Geographia Germaniæ medii ævi adjecit*.

Georgius Casparus Kirchmeierus, Oratoriæ Professor Wittebergensis, qui anno

1664. eruditum *in Tacitum de Moribus Germanorum commentarium* confecerat, hoc anno 1686. Wittebergæ exhibuit *Dissertationem de lingua Europæ vetustissima Scytho-Celtica & Gotica.* Postea etiam anno 1697. *de Origine, jure ac utilitate linguæ Slavonicæ* disputavit, ubi quasdam nominum propriorum origines tangit. Eodem anno aliam *De eo, quod RECTUM appellatur gentibus linguisque variis, & variorum hominum generibus* disputationem publicavit; nec non iterum aliam, qua *Paralelismum & convenientiam XII. linguarum ex matrice Scytho-Celtica, Europæ, à Japheti posteris vindicatarum,* exhibuit.

Cap. XXXI.

De Praschii & Daumii conaminibus etymologicis.

Circa hæc tempora extulit Linguæ nostræ decus *Jo. Ludovicus Praschius,* Ratisbonensium Consul, vir probitate atque eruditione insignis. Conscripserat is elegantissimos libellos plures, quorum

rum *Catalogus* anno 1680. ab ipso publicatus est. Sed huc pertinent præcipuè ii, quos deinde confecit de nostris rebus. Et quidem anno 1686. nobis se stitit ejus *Prima dissertatio de Origine Germanica Latinæ Linguæ* Ratisbonæ impressa, in qua sententia ejus est; Germanicam linguam habere instar matris, Latinam filiæ; imo Germaniam esse, quæ radices veras Latinæ linguæ possideat. Putat ille, non Tuscos solum, à quibus Germanica vocabula in Latium transierint, sed Gallos quoque & Galatas, Hispanos, Britannos, Celtas & Scythas Germanicam originem habere: & bella Celtarum cum Italis crebra, commercia, hospitia & colonias Germanicas voces in Italiam detulisse. Aliquas deinde radices statuit, ex quibus plurima Latina & Germanica vocabula deducit. Tandem subjicit Postulata quædam, quibus concessis, ut in sententiam ejus eas, necesse est. Postulatum I. hoc est: *Quæcunque vocabula Latina à probatis scriptoribus, à Latinis ipsis, barbara habentur, sive ortu peregrina, & attribuuntur*

Celtis aut Germanis, ea pro talibus merito accipiuntur, nec à lingua Græca debent repeti. II. *Quæ res in Germanis atque Celtis natæ vel inventæ sunt, vel quæ ibi semper fuere, & necessario habuere nomen, earum nomina merito Germanica credimus.* III. *Quæ vocabula radices suas simplices ostendere possunt in Teutonica lingua, significantes aliquid, usitatas, & parientes derivata, composita, decomposita, (ut vocant) non spernendo numero, ea Germanica habenda sunt.* IV. *Quæ vocabula cunctis populis aut dialectis Germanicis, aut multis certè, dudum cognita, ea similiter Germanica putabimus.* V. *Quæ vocabula in terris remotioribus, in recessu Septentrionis, quo Romani aut Germani Romanenses nunquam penetrarunt, aut infrequentius certe commearunt, pridem cognita, usitata vel exoleta; Germanica itidem fatenda sunt.* VI. *Quæ vocabula non tam civibus primariis, quam vulgo sordido rusticisque in ore sunt, ea, utut Latina videantur, sunt existimanda patria.* Hæc postulata exemplis declarat, & tandem addit Germanorum

rum linguam non Græcæ aut Romanæ deberi, ſed ex eadem gente tanquam matre h. e. Scythica prodiiſſe has nationes, & earum etiam linguas dialecto tantum à Germanicâ diſtare. Eodem anno 1686. Praſchius in publicum ſubmiſit typis Ratisbonenſibus *Organon Latinæ linguæ*, hoc eſt, *novam eamque perſpicuam Didacticam, qua pure Latina lingua (una cum bonis moribus atq; ſcientiis) juſto ordine, ab initio ad ſummum usque faſtigium doceri addiſcique queat, idque facile & citra temporis ſumtuumque jacturam, imo cum voluptate & per ludum quaſi, absque adminiculo Veſtibuli, Januæ, aliorumque omnium novorum librorum, una cum ſubſidiis eam in rem neceſſariis, vel triplici opuſculo.* Exhibetur inter cætera hoc in opere *Onomaſticon Germanico-Latinum*, quod vocum Latinarum plus quam octingentarum, quæ cum Germanicis evidenter conveniunt, catalogum continet. Hunc librum anno 1689. excepit *Diſſertatio altera de origine Germanica Latinæ linguæ*, qua diſſertatio prior unà cum Onomaſtico

Germanico-Latino aliquatenus ſuppletur & explicatur, adeoque via aperitur novo etymologico, cui *Gloſſarium Bavaricum* accedit. Ut vero conſtanter adhuc ſtatueret Germanicam & Latinam linguas ejusdem eſſe originis, commovit ipſum *1. Conſonarum vocum multitudo maxima, quæ caſui adſcribi nequeat. Jam mille admodum voces in Onomaſtico Latinæ linguæ producuntur, non ſono tantum ſibi ſimiles, ſed ipſa quoque ſignificatione quam intime conſpirantes; 2. Terminationes vocum Germanicarum, quæ apparent in Latinis, ut pater Vater, Mater Muter, Magiſter, Meiſter, macer mager, Ager, Acker, &c. 3. Comparationes. Nam in utraque lingua comparativi fiunt per R & ſuperlativi per S, ut doctior, gelehrter, honoratiſſimus, geehrteſt vel geehrtiſt. 4. Conjugationes, quæ in temporibus & modis & notatione apud Latinos æque ac Germanos mire conveniunt; ut & participia, ut legens leſend, legendus zuleſend. 5. Conſtructio, quæ utique fere eadem*, id quod peculiari quadam ſchedula Autor aliquando expoſuerat. Fuere quidem, qui Germani-

cas

cas voces à Latinis derivarent, sed Praschius hæc invertenda, Latinarumque vocum etymologiam è Germanica lingua petendam esse non vanis argumentis contendit. Qua ex causa Boxhornium olim non inconcinne ceciniſſe agnosco:

Barbara cur aliis Germania dicitur? isto
Græcia cum Latio noscitur ore loqui.

Fuit etiam Praschius popularibus suis autor erigendæ *Societatis Teutophilorum*, cujus quæ debeant esse instituta delineavit in Schediasmate vernaculo, quod inscriptum est: *Unvorgreiflicher Entwurf der höchstrühmlichen Teutschliebenden Gesellschaft.* Quoniam enim satis jam demonstratum fuisse credit, Græcam & Latinam linguas ex Germanicâ, Italicam vero, Gallicam & Hispanicam ex Latinâ & Germanicâ maximam partem descendere, idcirco putat è re nostra fore, ut talia conficiantur singularum harum linguarum Lexica Etymologica, ex quibus gens quævis origines verborum suorum Germanicas perspicuè agnoscere possit. Cum porro lingua nostra uno è fonte quidem fluat, ast deinde in varios abeat ri-

rivulos ſive dialectos ; ideo voluit, ut unaquæque Germanorum natio vocabula ſua provincialia, plebeja & rara colligeret & in Lexica & Gloſſaria referret. Qua in re, ut exemplo ſuo alios incitaret, *Gloſſarium Bavaricum* collegit. Tertio debuit ab hac ſocietate ſedulo expendi & oſtendi divinitas & præſtantia in lingua vulgari ſe ſubinde exerens. Quarto conficienda fuit Grammatica omnibus numeris abſoluta. Quinto Rhetoricam componi optavit, quæ in verum linguæ genium inquirat, & videat, quæ ornamenta illa commode admittat. Sexto in Poeſi etiam multa adhuc & reformanda & conſtituenda eſſe duxit. Septimò tot veterum monumentorum & antiquitatum paſſim occurrentium illuſtrationem commendavit. Hæc vero aliave monita à Societate Teutophilorum erudita, cujus formam nobis pluribus depinxit, ut aliquando exequatur, etiam atque etiam deſideravit. Sed poſt mortem viri cordati & docti, quæ in annum 1690. incidit, de conſilio ejus ſalutari exequendo ne cogitatum quidem

eſt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [257] - 249
PUBLIC DOMAIN

est. Ipsa Societatis delineatio à *Christ. Francisco Paulini, in der Zeitverkürtzenden erbaulichen Lust Tomo II. cap. 16.* conservata nobis superat.

Anno 1687. *Christianus Daumius*, Scholæ Cygneæ Rector, Philologus excellens, terrenis rebus valedixit, unde non parvum in rem Germanorum criticam damnum redundavit. Egerat is hoc per omnem vitam, ut *Indices Latinæ linguæ analogicos & indagatorem radicum* conficeret, ut vel ex Epistolis ejus ad Reinesium datis perspicimus. Publicaverat etiam elegantem tractatum *de causis amissarum quarundam Latinæ linguæ radicum & multarum vocum derivatarum: quod est, Commentationum ejus de Latinæ linguæ analogia & usu apospasmation*, Cygneæ 1642. Complexus est hoc libro fundamenta quædam magni operis, quod moliebatur, *absoluti* nimirum suis numeris *Lexici Latini*, *præcipuè illarum vocum, quæ ætate sequiore in usu fuerunt.* Cum Morhofii & Praschii libelli de lingua Germanica prodirent, applausit viris his eruditis, sed quod aliquando illi solo

vocum ſono conſulto, Græca penè omnia è Germanicis deduxiſſent, hoc improbavit valde. Scripſit hac de re ſæpius ad diſcipulum & deinde amicum ſuum Joachimum Fellerum, Poëſeos apud Lipſienſes Profeſſorem celebrem, & quoniam mihi jam ad manus ſunt illæ epiſtolæ hactenus ineditæ, lubet ipſa Daumii verba inde excerpere. Anno 1682. itaque de Morhofii libro ad Fellerum hæc fatur: *Miror tui nullam in Morhofii eruditiſſimo alioqui libello fuiſſe mentionem factam. Annihil tui unquam ad illum pervenit? Miror & non meminiſſe D. Fiſcharti, cum plurima tamen de Johanne Sachſio proferat - - - Hic vero liber in infinitis meæ ſententiæ favet & poſſet in multis à me vel augeri vel roborari, præſertim ſi otioſior eſſem - - - In nonnullis præſertim de lingua latina deductionibus ab ipſo diſſentio: ſed otium nunc de eo diſſerendi nullum eſt.* In alia epiſtola an. 1686. ſcripta: *Praſchio*, inquit, *& Morhofio, utut blandiantur, ægerrimè accedo, ipſique inflammabunt, ſi valetudo & otium permittet, ut indagatorem radicum tam*

tam Græcarum, quam Latinarum resumam. Ut à Germanicis deducantur, præsertim singulæ, impossibile mihi videtur. Miscent viri docti radicales & serviles literas, terminationibus nondum multis in locis constitutis, & sic pleraque confundunt. Eodem anno in alia Epistola: *Annotavi*, ait, *nonnulla nescio an legibilia in Praschii illud γραμματικοκένημα. Bellini Epistola verè παράδοξον est. Quis homo est? Religiosus annon? Vix credo in Græca lingua eum satis esse versatum, adeò putidè officio hic suo fungitur.* Sed paulo post hæc mors illum cum conatibus intercepit. Reliquit tamen *tractatum de causis deperditarum radicum* secundis curis auctum, & bene longum *Catalogum radicum Græcarum.* Uterque libellus à me MStus asservatur; reliqui vero ejus labores unà cum libris, quos possedit, selectis in Bibliothecam publicam urbis Cygneæ translati fuerunt.

CAP.

Cap. XXXII.

De Bœdikeri & Grubelii Criticis laboribus.

Anno 1690. *Johannes Bœdikerus*, Gymnasii Suevo-Colonienſis Rector, quam diu deſideraveramus, Grammaticam Germanicam Berolini publicavit, indito ei hoc titulo: *Neuvermehrte Grund-Sätze der Deutſchen Sprachen in reden und ſchreiben, ſamt einem ausführlichen Bericht vom rechten Gebrauch der Vorwörter.* Aureus profecto libellus hic eſt & ab omnibus, qui accurate & dicere & ſcribere volunt, legi dignus. In Præfatione dicit, ſe congeſſiſſe magnam in linguam vernaculam obſervationum copiam, & proximè editurum *Lexicon Germanicum*, in quo voces Germanicæ omnes cum ſuis derivatis, compoſitis, phraſibus & elegantiis, ſynonymis, epithetis, proverbiis, ſententiis, adagiis, nominibusque propriis inde formatis debeant comparere. Atque ut methodus molitionis hujus notior fieret Lectoribus,

æ ſuæ integrum caput p.
, in quo ordinem de-
onendo Lexico Ger-
fatio-
er-
item
usque
e etiam
ck publi-
abium, la-
borem hunc a
n tentami-
na ſuperaturum fuiſſe,
utori illum
perficere licuiſſet. Et habuiſſemus tum,
judice illuſtri Cramero, cur Gallis Aca-
demicum Dictionarium, quod parturiit
ſeculum, peperit longa dies, non ma-
gnopere invideremus. Licet autem
Bödikerus maximas noſtræ linguæ opes
ſedulus, ut filius *Carolus Etzardus Bödike-
rus*, Paſtor Wrizenſis ad Oderam, teſta-
tur, collegiſſet, & dijudicaſſet, radices in-
defeſſo ſtudio ſedens, ambulans, iter fa-
ciens, indagaviſſet, & in ſchedulis nota-
viſſet, omnes quoque Germanicorum
Scriptorum arculas excuſſiſſet; laudabi-
les tamen conatus mors inexpectata
ſuf-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [262] - 253
PUBLIC DOMAIN

is, Grammaticæ ſuæ integrum caput p. 267. ſeqq. inſeruit, in quo ordinem delineavit, qui in componendo Lexico Germanico ſit obſervandus. In præfatione quoque de officio Lexicographi Germanici docte diſſeruit. Specimen item pag. 277. ſeqq. in voce *brennen* ejusque derivatis & compoſitis dedit, quale etiam poſtea in vocibus *brechen* & *danck* publico oſtendiſſe dicitur. Nec dubium, laborem hunc aliorum omnium tentamina ſuperaturum fuiſſe, ſi autori illum perficere licuiſſet. Et habuiſſemus tum, judice illuſtri Cramero, cur Gallis Academicum Dictionarium, quod parturiit ſeculum, peperit longa dies, non magnopere invideremus. Licet autem Bödikerus maximas noſtræ linguæ opes ſedulus, ut filius *Carolus Etzardus Bödikerus*, Paſtor Wrizenſis ad Oderam, teſtatur, collegiſſet, & dijudicaſſet, radices indefeſſo ſtudio ſedens, ambulans, iter faciens, indagaviſſet, & in ſchedulis notaviſſet, omnes quoque Germanicorum Scriptorum arculas excuſſiſſet; laudabiles tamen conatus mors inexpectata ſuf-

ſufflaminavit. Apparatum filius aliis in rebus occupatus adhuc ſervat, qui in magna ſchedularum indigeſtarum farragine conſiſtit, dignus nihilominus, quem redimat aliquando Academia Scientiarum Regia, & in uſum publicum convertat.

Eodem quo Grammatica Bœdekeri comparuit, tempore, *Chriſtianus Grübelius* Mindæ non inelegantem diſquiſitionem *de lingua Germanorum veteri & hodierna* in lucem emiſit.

Cap. XXXIII.

De Spatenii Lexico Germanico.

Anno 1691. nova incrementa cepit lingua Germanica indefeſſo ſtudio *Caſpari Stileri*, qui ſe ex more Sociorum Fructiferorum vulgò *den Spaten* ſive *Serotinum* appellat. Is cum antea variis in ſcriptis ſtyli Germanici elegantiam oſtendiſſet, hoc tempore tandem omnem linguæ hujus copiam & ſingulorum verborum origines operi inſigni in-

inclusit, cujus Norimbergæ editi titulus est: *Teutonicæ linguæ semina & germina sive Lexicon Germanicum, in quo vocabula omnia Teutonica, tam antiqua quam nova, eorum radices & origines cum suis derivatis & compositis, item phrasibus elegantioribus & perpetua interpretatione Latina ex classicis Autoribus, ac observationibus Philologicis comprehenduntur. Unà cum Grammatica linguæ Theotiscæ seu Imperialis Germanicæ, supplemento atque indice Teutonico, opus, omnibus cum docentibus tum discentibus utile & pene necessarium, accurante Serotino.* Instit hoc in libro vestigiis præcipue *Schottelii, Harsdörfferi, Praschii* & reliquorum, eum tamen nimio in nostram linguam patriam amore abreptum quandoque vocibus è Latio ad nos certissimè delatis & aliis peregrinis origines Germanicas adsignavisse sæpius animadvertimus. Quanquam hoc viro laborioso & tot aliis negotiis districto facile condonemus. Addidit Amplissimus Serotinus Brevem Grammaticæ Imperialis Germanicæ delineationem; omnibus enim da-

dialectis aliquid vitioſi ineſſe rectè aſſeruit Harsdorfferus, atque agnovere id noſtri anteceſſores, qui ideo commune quoddam dicendi genus in Scriptis eruditis, Literis, diplomatibus, orationibus, concionibus & publicis negotiis aliis ſecuti ſunt, quod puritate ſua ſe præcipuè commendat, quodque non incongruè comparare poſſes cum Græcorum dialecto communi, aut cum illa Gallorum noſtrorum, quam vulgò *la langue de la cour* vocant. Hujus dicendi generis regulas in delineatione Grammaticæ laudata autor noſter tradidit, atque opere in partes quatuor diſtributo, in prima proſodiam, in altera orthographiam, in tertia etymologiam in quarta denique ſyntaxin propoſuit.

(o)

CAP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [266] - 257
PUBLIC DOMAIN

Cap. XXXIV.

De Gravii, Buſſingii, & Thomaſii ſententia, quod ſcientiæ aptius lingua Germanica quam Latina doceantur.

PUltaverant hactenus, qui ſibi aliquid in literis fuerant viſi, Latinis exercitationibus ali ingenia melius poſſe, quàm Germanicis, nec fas eſſe patrio ſermone loqui in ſcholis publicis. Hanc injuriam anno 1692. à lingua noſtra amovit *Chriſtianus Theophilus Gravius*, Philoſophiæ Profeſſor ordinarius in Gymnaſio Herbornenſi, edita *Demonſtratione paradoxa de noſtræ linguæ vernaculæ in docendis diſcendisque artibus & ſcientiis poſſibili uſu doctiore & publico*, ubi per omnes artes & diſciplinas decurrens oſtendit, eas multò majore cum fructu Germanicè quam Latinè tradi poſſe, partim etiam jam iſta in lingua traditas eſſe. Idem eodem hoc anno *Caſpar Buſſingius*, Hamburgi in libello vernaculo propoſuit, qui inſcribitur *Diſcours von*

der Information, ſo des Verſtandes als des Willens, wie in allen Wiſſenſchafften insgemein, alſo in der Mathematic inſonderheit, &c. Damnat hic pariter peſſimum morem, quo apud nos vulgo tot anni Latinitati diſcendæ inſumuntur, quibus in ſcientiis proficere animumque inſtruere, & Deo patriæque longe aliis & melioribus occupationibus inſervire poſſemus. Conceſſit totus in hanc ſententiam *Chriſtianus Thomaſius*, JCtus celebris, atque ipſo præcipuè auctore à plerisque Academiæ Hallenſis Doctoribus eadem approbata fuit, ut jam ibi quicquid ſciri poteſt, Germanicis verbis audias proponi, linguamque Romanam à clave ſapientiæ pene remotam cernas.

(o)

CAP.

Cap. XXXV.

De Slavonicæ linguæ dialectis in Germania superstitibus, & de Scriptoribus huc spectantibus.

SEd mentio etiam hic loci facienda est Linguæ Slavonicæ, quam Carolus IV. Imperator in extremo Aureæ Bullæ capite Illyricam vocat atque Electorum filiis, hæredibus & successoribus unà cum Germanica, Latina, & Italica maximoperè commendatam dedit; ut scilicet cum gentibus sermonem communicare ac in scientiam ingentium, arcanarumque rerum ipsi, interpretibus & testibus, quorum fides sæpè vacillat, remotis penetrare possent. Verum alia præterea nobis Germanis est ratio, ob quam ejusdem notitiam magnifacere omnes debemus. Non enim solum nostro ævo adhuc durat usus hujus linguæ, in Istria, Carniola, Carinthia, Bohemia, Moraviaque & Lusatia nec non in Silesiæ partibus extremis, Luneburgici Du-

catus Præfecturis Luchovienſi &Dannebergenſi,ſed olim quoque per Stiriam, Sileſiam omnem, Miſniam, Terram Advocatorum, Marchiam univerſam, Ducatum Mecklenburgicum & Lauenburgicum, Pomeraniam & Pruſſiam Slavonici generis populi incoluerunt, locisque huc usque ſuperantibus nomina dederunt, quorum ſignificationem, niſi linguæ peritus fuerit, exponere poteſt nemo. Extant quoque in lingua Germanica cultiori vocabula plurima, quæ Slavis accepta ferenda ſunt, ut taceam ipſius gentis hiſtoriam vix ac ne vix quidem intelligi poſſe absque cognitione accuratiori priſtinæ dialecti. Perſpectum hoc fuit Thomæ Reineſio qui Lection. variar. l. 1. c. 14. *Slavicam*, inquit, *ſeu Slavonicam linguam gentis Sarmaticæ Vinedorum, quæ in Germania transmiſſo Viſtula & Danubio è Scythia in Illyrico Dalmatiaque latè habitavit olim, hodieque plures ejus inſidet provincias, malo more ceu ruſticam, impexam, ſordidamque & indignam homine liberali δοκησίσεμνοι & polituli nonnulli derident:*

dent: contra pro Jovis habent cerebro; ſi quid tranſalpinum, Gallicumque inter æquales tinnire nôrunt. Is neglectus quantum inſcitiæ & tenebrarum in rebus vicini, & Aquilas easdem nobiscum venerantis populi objiciat Germanis, ſerò nimis, & cum deplorare ſolum poſſunt, ſentiunt. Georg. Caſp. Kirchmayerus eandem linguam peculiari diſſertatione *de origine, Jure ac Utilitate illius* Wittebergæ 1697. conſcripta, commendavit. Neque parvam merentur laudem, qui aut patrocinio ſuo aut ſtudio dignati ſunt gentis olim celeberrimæ idioma, ex quibus nominandi ſunt Magnifici Superioris Luſatiæ Status, quorum juſſu anno 1693. in publicum prodiit *Catechiſmus Lutheri in Vandalicam linguam translatus.* Eodem anno *M. Abrahamus Frencelius*, Verbi Divini Miniſter Schonaviæ in Luſatia, emiſit Budiſſæ *Librum primum de Ordinibus Linguæ Sorabicæ*, in quo vocabula Sorabica ea expoſuit, quæ materialiter & formaliter Ebræa putavit. Anno 1694. idem Sittaviæ Caput primum libri ſecundi *de*

Originibus ejusdem linguæ publicavit, in quo vocabula ea, quæ per Metathesin ipsi Ebrææ visa sunt, explicavit. Anno sequenti prodiit ibidem *Caput secundum libri secundi*, in quo vocabula recensuit, quæ per antistœchon Ebræa existimavit. Anno 1696. Caput tertium libri secundi editum est, in quo expendit vocabula Sorabica, quæ per Aphæresin, Syncopen & Apocopen Ebræa esse duxit. Eodem anno *Caput quartum libri secundi* excudi fecit, in quo ejusdem linguæ vocabula enumeravit, quæ per prosthesin, epenthesin,& paragogen Ebræa credidit; *quinque etiam linguarum, Ebrææ, Græcæ, Latinæ, Germanicæ & Sorabicæ vocabula harmonica in fine adjecit.* Elegans certè opus est & non vulgari eruditione refertum, quod alio nomine *Lexicon Etymologicum Sorabicum* dici meruisset, quandoquidem origines Sorabicorum ubique tradit, unde vim eorum accuratius intelligas. Exhibet etiam passim magnum locorum & familiarum Germanicarum numerum, quæ ex Slavonica lingua & nomen

& si-

& significationem habent. Ne vero rudiores Lectores tædium lectionis caperet, Critica, Philologica, topographica, & historica varia Etymologicis miscuit. Sed dolendum, meliorem operis partem ob typographorum nostrorum σμικρολογίαν adhuc lucem expectare. Duobus enim editis libris autor eximius addere volebat octo alios, ut integrum opus decem libris constaret. Argumentum horum ipsemet recenset hoc modo: *LIB. III. De Vocab. Sorab. quæ secundum Tropos Rhetorices ad Ebræa referuntur. Cap. I. de Vocab. Sorab. quæ per Metonymiam Ebræa. Cap. II. De Vocab. Sorab. quæ per Antiphrasin Ebræa. Cap. III. de Vocab. Sorab. quæ per Metaphoram Ebræa. Cap. IV. de Voc. Sorab. quæ per Synecdochen Ebræa. LIB. IV. De Vocab. Sorab. quæ mediantibus Linguis aliis ad Ebræa referuntur. Cap. I. De Vocab. Sorab. quæ mediante Lingua Græca ad Ebræa referuntur. Cap. II. De Vocab. Sorab. quæ mediante Lingua Latina ad Ebræa referuntur. Cap. III. de Vocab. Sorab. quæ mediante Lingua Ger-*

manica ad Ebræa referuntur. LIB. V. De Diis Slavorum & Soraborum in ſpecie. LIB. VI. De Vocabulis propriis Sorabicis Virorum. LIB. VII. De Vocabulis propriis Sorabicis Mulierum. LIB. VIII. De Vocabulis propriis Regionum, ſive terrarum aut provinciarum & populorum è Lingua Sorabica vel Slavica acceptis. LIB. IX. De Vocabulis propriis Sorabicis urbium. LIB. X. De Vocabulis Propriis Sorabicis Pagorum. Poſt opus Frencelianum publicata ſunt Budiſſæ anno 1695. *Evangelia atque epiſtolæ Dom. & Feſt. Sorabicæ interpretibus viris clariſſimis* M. Paulo Prætorio, Archidiacono ad S. Petrum Budiſſino, Tobia Zſchuderly, Paſtore Lohſenſi, *Joh. Chriſtophoro Crugero*, Paſtore Minakalenſi, Georgio Matthæi, Paſtore Colmenſi & *Mich. Rœzio*, Diac. ad S. Michaëlis Budiſſino. Eodem tempore beneficio & ſumtibus Illuſtriſſimæ Dominæ Henriettæ Catharinæ de Gerſdorff prodierunt Epiſtolæ Pauli ad Romanos & Galatas, translatæ à *Mich. Frencelio*, Paſtore Portwicenſi, Patre Abrahami, quem modo laudavimus. *Agenda* quoque

Ec-

Eccleſiaſtica in Marchia Luſatiæ uſitata typis expreſſa ſunt. Antea vero anno 1690. Venerabilis Decanus Budiſſinus in Romano-Catholicorum uſum *Evangelia ac Epiſtolas Dom. & Feſt.* una cum *Catechiſmo Petri Caniſii*, Sorabicè excudi fecerat. Anno 1689. *Zacharias Bierlingus*, Paſtor Parſwicenſis *Didaſcaliam ſive Orthographiam Vandalicam* Budiſſæ evulgavit. Anno 1688. *Mich. Frencelius* ſupra citatus Concionem de Baptiſmo Germanicè & Sorabicè à ſe conſcriptam emiſit, qui anno etiam 1670. *Evangelium Matthæi ac Marci* publico uſui Sorabicè expoſuerat. Anno 1679 *Principia L. Wendicæ* edidit *Jacobus Ticinus*, Wittigenavienſis, qui egit etiam de Lingua Sorabica in Epitome ſua Hiſtoriæ Roſenthalienſis Pragæ 1692. excuſa. *Catechiſmum Sorabicum* emiſit in lucem *Biwarichius*, Paſtor Godavienſis cum antea *Pſalmos ſeptem pœnitentiales* in eandem linguam convertiſſet Paſtor quidam Porſchwicenſis. Primus vero, qui poſt reformationem B. Lutheri Sorabicæ linguæ pretium poſuit, fuit *M. Albinus*

Mollerus, Paſtor Straupicenſis, qui anno 1574. Budiſſæ *Libellum Cantica continentem* & Catechiſmum dialecto inferioris Luſatiæ conſcriptum imprimi fecit. Bohemica dialecto ſcripti quam plurimi extant libri, unde moneo ſaltem Grammaticas ejusdem, *Georgium Nicolai*, Pragæ 1569. *Matth. Beneſovinum* 1577. *Joh. Drachovium*, Brunnæ, *Georgium Ferum*, S. J. Pragæ 1642. *Wenceslaum Johannem Roſam* Micro-Pragæ, 1672. ut cæteros taceam, edidiſſe. Lexica ejusdem linguæ, non parvo numero prodierunt. Mihi *Dictionarium Bohemico-Latinum*, Olomuci 1562. Lexicon Bohemo-Germanico-Latinum Pragæ 1586. & *Caſpari Wuſſini*, Bibliopolæ Pragenſis, *Dictionarium trilingue, Germanico-Latino-Bohemicum* Pragæ nuper excuſum, innotuerunt.

Dialectum Slavonicam, qua Carni utuntur, deſcripſit noſtra ætate Illuſtris Vir *Joh. Weichardus Valvaſor* in libro inſigni, quo *Gloriam Ducatus Carniolæ* explicavit. Jam vero Seculi Decimi tertii anno octuageſimo quarto Adamus

Bo-

Bohorizus Witteberge ediderat Arcticas *horulas ſucceſſivas de Latino-Carniolana litteratura ad Linguæ Latinæ analogiam accommodata*, in quibus de Sclavonici idiomatis rebus Grammaticis & cognatione Linguæ Moſcoviticæ, Ruthenicæ, Polonicæ, Bohemicæ atque Luſaticæ cum Carniolana, Dalmatica, & Croatica tractavit. Paulo antea ibidem prodierat integrum S. Scripturæ volumen, in linguam Carnis, Croatis, & Dalmatis uſitatam, translatum à *M. Georgio Dalmatino* & *Primo Trubero*, quorum ille Vetus hic Novum Teſtamentum interpretatus erat. Dalmatinus *Pentateuchum* Lublini 1578. typis commiſerat. Königius in Bibliotheca teſtatur, Truberum Doctorem Slavonicum obiiſſe 1586. primum excogitaſſe artem ſcribendi linguam Vandalicam literis Latinis, & præter N. T. in eam linguam traduxiſſe *Catechiſmum*, *Auguſtanam Confeſſionem*, *Examen Philippi*, &c. qua ratione effecerit, ut non ſolùm in Ducatu Carniolæ & Carinthiæ, ſed & in ipſa Turcia Evangelii doctrina fuerit propagata. Habet tan-

tandem Venedica gens in Ducatus Luneburgici Præfecturis Luchovienſi & Dannebergenſi habitans genus dicendi Slavonicum, quod conſiderationem noſtram meretur. Deriſi quidem homines hujus gentis quondam cum ſua lingua à noſtris Saxonibus habiti ſunt, ac uſu illius à Præfectis gravi ſub pœna interdicto, plerumque ejus ſe gnaros eſſe negarunt, quo factum, ut ea inter ſeniores duntaxat ruricolas vigeat. Et brevi habuiſſemus gentem vernaculæ ſuæ ignaram, niſi ſub Georgii Ludovici Sereniſſimi Electoris noſtri clementi regimine ad conſervationem atque uſum illius iterum excitati fuiſſent noſtri hi Slavi. Degit Wuſtroviæ *Chriſtianus Hennigen*, vir doctus, & Paſtor Eccleſiæ illius loci, qui à multis jam annis in id incubuit, ut quæ de lingua Venedica ibi locorum ſupereſſent, colligeret, ac tandem *Gloſſarium Germanico-Venedicum* congeſſit, in quo non voces ſolum ſed formulas etiam loquendi plurimas annotavit. Specimen inde mecum communicavit jamdudum vir plurimum Reve-

ren-

rendus,& vellem ex eo quædam benevolo Lectori offerre, niſi integrum opuſculum brevi editum iri, ſperarem. Ut tamen ii, quibus noſtri Venedi ignoti ſunt, habeant,unde de lingua illorum judicare poſſint,lubet hic inſerere Orationem Dominicam à laudato Hennigenio mihi transmiſſam, quæ his verbis concepta eſt:

Nôs hôlya wader ta toy chiſs wa nebisgáy. Sjunta woarda tugi geima. Tia rik komma. Tia, willya ſchingôt, koke nebisgáy, kok kak no ſime. Noeſſi wiſſe danneiſna ſtgeiba doy nam dans. Un wittedoy nom nôſſe ggreîs tak moy wittedogime noſſem greſnarim. Ny bring goy nôs ka warſikônge. Tay lôſoáy nós wit wiſſókak. Chundak. Idem Hennigenius me etiam donavit quadam Cantilena, quam in tabernis conſidentes Venedi noſtri cantare ſolent. Eſt ea talis:

1) *Katy mês Ninka beyt?*
Teelka mês Ninka beyt:
Têlka rîtzi.
Wapakka neimo ka dwemo:
Gos giſſ wiltge grîſna Sena;

Ne-

Nemik ninka beyt:
Gos nemik Ninka beyt:
2.) *Katy mês Santik beyt?*
Streſik mês Santik beyt:
Streſik rîtzi
Wapak ka neimo ka dwemo:
Gos giſs wiltge mole Tgaarl;
Nemik Santik beyt:
Gos nemik Santik beyt:
3.) *Katy mês Treibnick beyt?*
Wôrno mês Treibnick beyt;
Wôrno rîtzi
Wapak ka neimo ka dwemo:
Gos giſs wiltge tzôrne Tgaarl;
Nemik Treibnik beyt:
Gos nemik Treibnik beyt:
4.) *Katy mês Tjauchor beyt?*
Wauzka mês Tjauchor beyt:
Wauzka rìtzi
Wapak ka neimo ka dwemo:
Gos giſs wiltge glupzit Tgaarl;
Nemik Tjauchor beyt:
Gos nemik Tjauchor beyt:
5.) *Katy mês Czenkir beyt?*
Sogangs mês Czenkir beyt:
Sogangs ritzi

Wa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [280] - 271
PUBLIC DOMAIN

Wapak ka neimo ka dwemo:
Gos giſs wiltge dralle Tgaarl;
Nemick Czenkir beyt,
Gos nemik Czenkir beyt:

6.) *Katy mês Spelmann beyt?*
Bûtgan mês Spelmann beyt:
Bútgan ritzi
Wapak ka neimo ka dwemo:
Gos giſs wiltge dauge Raath;
Nemick Spelmann beyt,
Gos nemik Spelmann beyt.

7.) *Katy mês Teisko beyt?*
Leiska mês Teisko beyt:
Leiska rîtzi
Wapak ka neimo ka dwemo:
Ris plaſt neitmo mia wapeis
Bungde, woeſſa Teiſko:
Bungd wôſſa Teiſko.

Cantilenam hanc in Germanicam Linguam Hennigenius tranſtulit hoc modo:

1.) *Wer ſoll Braut ſeyn?*
Die Eule ſoll Braut ſeyn:
Die Eule ſprach:
Hinwieder zu ihnen den beyden:
Ich bin eine ſehr greſsliche Frau;

Kan

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [281] - 272
PUBLIC DOMAIN

Kan die Braut nicht seyn,
Ich kan die Braut nicht seyn.

2.) Wer soll Bräutgam seyn?
Der Zaunkönig soll Bräutgam seyn:
Der Zaunkönig sprach
Zu ihnen hinwieder den beyden:
Ich bin ein sehr kleiner Kerl;
Kan nicht Braütgam seyn:
Ich kan nicht Braütgam seyn.

3.) Wer soll der Brautführer seyn?
Die Krähe soll Brautführer seyn:
Die Krähe sprach
Hinwieder zu ihnen den beyden:
Ich bin ein sehr schwartzer Kerl;
Kan nicht Brautführer seyn,
Ich kan nicht Brautführer seyn.

4.) Wer soll der Koch seyn:
Der Wolff soll der Koch seyn:
Der Wolff sprach
Hinwieder zu ihnen den beyden:
Ich bin ein sehr tückscher Kerl;
Kan der Koch nicht seyn
Ich kan der Koch nicht seyn.

5.) Wer soll Einschencker seyn?
Der Hase soll Einschencker seyn.
Der Hase sprach

Hin-

Hinwieder zu ihnen den beyden:
Ich bin ein ſehr ſchneller Kerl;
Kan nicht Schencker ſeyn.
Ich kan nicht Schencker ſeyn.

6.) *Wer ſoll Spielmann ſeyn?*
Der Storch ſoll Spielmann ſeyn:
Der Storch ſprach
Hinwieder zu ihnen beyden:
Ich habe einen ſehr groſſen Schnabel;
Kan nicht Spielmann ſeyn,
Ich kan nicht Spielmann ſeyn.

7.) *Wer ſoll der Tiſch ſeyn?*
Der Fuchs ſoll der Tiſch ſeyn,
Der Fuchs ſprach
Hinwieder zu ihnen den beyden:
Schlagt voneinander meinen Schwantz,
So wird er euer Tiſch ſeyn,
So wird er euer Tiſch ſeyn.

Vides his verbis Slavonicis paſſim miſceri quædam ex Germanico idiomate corrupta, neque aliter fieri potuit in gente Germanicis populis undique cincta atque per novem ferè ſecula Germanis ſubjecta.

Quoniam autem hic in eo ſumus,

ut notitiam linguæ Venedicæ, quæ in Ducatu Luneburgico ſuperat, demus, non poſſumus non inſerere, & quidem in gratiam Lectorum exterorum, integrum vocabularium, quod anno 1698. cum inter Venedos ageret forte, ſummo cum ſtudio in proprios uſus ſibi confecit *Johannes Fridericus Pfeffingerus*, Equeſtris Academiæ Luneburgenſis Inſpector, a quo *Inſtitutiones Juris publici Vitriarii*, *Hiſtoria Seculi præteriti*, *Geographia* & *Matheſis practica* hactenus non tralatitiâ ratione illuſtratæ fuerunt. Quod ad orthographiam attinet, in ea Gallos ſecutus eſt, quemadmodum & Venedica verba Gallicis explicavit. Ut vero pronunciatio ſibi eo melius conſtaret, Græcos accentus, ubi opus fuit, vocibus ſuperimpoſuit. Nos nihil mutamus, ſed eodem, quo accepimus, modo illud offerimus.

VO-

VOCABVLARIVM VENEDICVM.

CHAP. I.

De Dieu, des Esprits & des Choses Theologiques, Du Ciel, &c.

Dieu. Büſatz.
Un Ange, Inglic.
Le Diable, Scheudatſch.
Le Ciel, Nebüy.
L' Enfer, Smüla.
L' Ame, Deuſcha, *ou* Deuſſcha.
Le Battême, Tumbneizia.
La St. Cene, Büſateiſkò.
Nous irons à la Cene. Jütſan heytka Büſateiſkò.
Une ſorciere Toblatſch.
Un Paſteur, ou *Maitre d' Ecole.* Püp.
Un marguillier. Dſhéſter.
Un Livre. Bückwoi.
La Bible. Wildia Bückwoi. *cela veut dire, le Grand Livre.*

Un livre des Chanſons (&c.) Mola Bück-
wöi. *Cela veut dire, Le Petit Livre. Car les Vandales n'ont que cette difference, pour diſtinguer leurs livres.*

Un an. Liuteù.

Un mois. Ziternidé(illa) gla

La Nouvélle année. Nivaglutüf.

(*Janvier*, cela veut dire la meme choſe.)

Fevrier, Rüſatz.

Mars, Sürman.

(*Avril*, Chéudemon. *C'eſt à dire, le mauvais mois.*)

Maÿ. Leiſten mõn.

Jüin, Pancjuſtemõn. (*C'eſt à dire, le mois de Pentecote.*)

Juillet. Seninic.

(*Aouſt*, Haymõn.)

Septembre. Prégnia Seine mõn.

Octobre. Weiniamõn. (*C'eſt à dire, le mois du vin.*)

Novembre, Seymemõn.

Decembre. (Trebemõn, où) Trübnemõn. (*C'eſt à dire: le Mois de Noël.*)

Un jour, Dan.

Dimanche. Nidiglia.

Lundy. Pnedigl.

Les autres mois ils ne me les ſçavoient pas dire. *Mar-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [286] - 277
PUBLIC DOMAIN

Mardy. Töre.
Mercredy. Sréda.
Jeudy. Perendãn.
Vendredy. Skúmpe.
Samedy. Süboïda.
Une heure. Stund.

CHAP. 2.

Des fêtes, & des parties du Monde. &c.

NOël. Trébe.
Pâques. Juſtrói.
Pentecote. Pancjuſtée.
La St. Jean. Sredügliat.
La St. Michel. Maichaléwa.
Une fête. Siuncteù.
Un jour de jeunes. Sádat.
Les Rogations. Bettag.
Le Monde. Nepù.
Le Soleil. Dépra Wédrü.
Les Raÿons. Willieed.
L'ombre. Chlõd.
La Lune. Leyna.
La pleine lune. Moniapoũn.
La nouvelle lune. Neu mónia nénna.
Le premier quartier. Erſte vardãl.

Le dernier quartier. Deuſchia dò
Le Printemps. Te Proilutů.
L' Eté. C'eſt la meme choſe.
l' Autómne. Te Prégnia Seíne.
l' Hyver. Seýma.
Les Etoiles. Ghiůſda.
Le feu. Witchiǹ.
L' air, Fiúder.
L'eau. Vóda.
La Terre. Símia.
Une flamme. Jóſkra.
La fumée. Dóim.
La ſüye. Sózey.

La Cendre. Poipõl.
Du Bois. Trówa.
Une Buche. Draweneů.
Une pierre. Kommói.
De la glace. Léed.
Le Broüillard. Miócla. gla
Une nuée. Duntzneů.
La roſée. Röſa.
La Pluye. Dóſt.
Il faut chaud. Deplů.
Il fait beau. Döbra wédrii.
Il fait villain temp. Seýma.

Le

Le temp eſt bien changeant. Cheúda wé-
drii.
La ſaiſon. Wédrii.
Nous avons froid. Seýma jámme.
Il gêle, Seýma.
Il pleut. Pudaíſa doſt.
Il veut pleuvoir. Nonnátſi doſt haìd.
Il tonne. Chrámat.
Il eclaire. Ninna Swéte.
Il veut neiger. Ninnátſi ſneighaìd.
Le vent. Viúder.
Le Vent d' Orient. Cheúde Viúder.
i. e. Le mauvais vent.
Le Vent du Ponant, eſt la même choſe.
Le Vent du Midy. Dröge viúder.
(*i. e. Vent ſechant, où ſec.*)
Le Vent du Septentrion. Nupalói Viú-
der. *i. e.* (*Vent à quartier, où un*) *vent,*
qui eſt ny bon, ny mauvais.
La neige. Ninnheit ſneéc.
La Mer. Wildia vóda, *où* Wílka vóda,
i. e. la grande eau.
Une Riviere. Molaréka.
Un Ruiſſeau. Becè, *ou* Mola vóda, *i. e.*
petite eau.
L' Elbe. Lobì.
Du Vin. Weýna.

Le

Du

Du vin vieux. Stóra Weyna.
Du vin nouveau. Fritſchdia Weyna.
Du bon Vin. Smúdia Weyna.
Du Brandevin. Brandevignia.
De la bierre. Peywò, *ou* Peywì.
De la bonne bierre. Smúdia peywò.
De la petite bierre. Peywò ne dóga.
La bierre eſt bonne. Döbra peywò. *où* dübra peywò.
Un Cadran, Wíſer.
Une Ville. Weytcheỳ.
Un Village. Wáas.
Un fauxbourg. Kóreytz, *ou* Tſchoreizè.
Un Royaume. Gantz Tſchenangs Liungdů.
Une contrée. Döbra Pöglů.
Une ruë. Strotoù.
Un chateau. Gordeyde.
Une Egliſe. Zerckcheỳ.
Une Porte. Vórda.
Un foſsë. Grovò.
Une tour. Tõrn.
Une maiſon. Wíſa.
Une chambre à fourneau. Dwarneízia.
Une chambre à coucher. Kómer.
Un fourneau. Kummanóì.

La

La paroy. Skióna.
Une fenetre. Wócna, *où* Wacnů.
La Cuiſine. Käkù.
Un grenier. Bañ.
Une grange. Góart.
La montée. Treppói.
Une echelle. Ribére.
Une clef. Klóitz.
Un puits. Wungwóol.
Un jardin. Wogáart.
Un pres. Plóne.
Un four. Pĩtz.
Un moulin. Malneízia.
Un chemin. Punct.
Le grand chemin. Bréte punct.
Un ſentier, Stácia.
Un pont. Brücca.
Un Etang. Roibedic̀.
Une priſon. Watúrna, *où* Watórna.
Une montagne. Tchiŏra.
Un rocher. Kómine tchiŏra.
Du ſable. Piósac.
Une vallée. Tchŏrung ardõl.
Du fumier. Kneŭf.
Un batteau. Lŭdia.
Un charriot. Tſchŭla.

Une roüe. Janütſchülů.
Le matin. Sojeýdra.
Le midy. Půlni.
Le ſoir. Witſeér.
La nüit. Nüts.
Au matin. Rónei.
Le ſoir. Püſnů.
Un marais. Pórou.
Un auberge. Warteywawůſa.
Une lieüe. Maïllù.
Un teſt à pourceau. Chléve.
Une cloche. Klatſchůle.
La Potence, Galchwói.

CHAP. 3.

De l' Homme, de ſes Parties, Fonctions & accidents.

UN Homme, Tſchárіol.
Un Enfant, Tſchútga.
Un Vieillard, Stora tſchárіol.
Une vieille, Stora Seéna, où Stora Bobò.
La veüe, Witſáÿ.
Loüie, Sleiſang.
L' Odorat. Poiwúngſa.
Le gout, Tcheiſóot.

La

La tete, Klóa, *où* Gláwa.
Le Corps, Seíwat.
Les Cheveux, Flaſlói.
Le Cerveau, Müſdenüy'.
Le front, Loiſzeína.
Les Levres, Líppia.
Le goſier, Bröda.
Le Col, Wóju.
Un bras, Rúnca.
Un doigt, Póletz.
La jambe, Nűcka.
La barbe, Wungs.
La langue, Jungſic.
Un oeil, Watgy.
Les yeux, Witſéÿ.
Une dent, Sumb.
Les Dents, Sumbói.
Les joües, Zelű.
La Bouche, Wéiſda.
La cuiſſe, Dicke mangſée.
Le cul, Peyſda, oú Peyſediá.
L' Eſtomac, Tſchéſin.
Les tetons, Sóos.
Le nombril, Pump.
Le Cœur, Seywódac.
Le ſang, Karói.

Le Poingt, Pangſt.
Les Ongles, Nütchìt.
La main, Rúnca, *où* Pangſt.
La main droite, Réchtia runca.
La main gauche, Léva runca.
La verge, Klínka.
Les parties d' une femme, Pingka.
La vie, Seywaàt.
Un flatteur, Laſeýka.
Un paillard, Seýtcher.
Un yvrogne, Undéga vopeíſa.
La mort, tóde.
L' Eſprit, Klówa.
La toux, Kuſchàl.
Un homme, Tſchárìol.
Une garçon, Jungtſchárìol.
Une femme, Séna.
Une fille, Junga Déefka.
Une jolie fille, Dóbora déefka.

CHAP. 4.

Des noms de quelques Villes.

Wuſtrow, Woſtrúwe.
Saltzwedel, Lóſdy.
Lüchau, Lieuſchù.

CHAP. 5.

Des Couleurs.

BLanc, Bióla.
Rouge, Tſchelwein.
Jaune, Chále.
Noir, Tſchiúrna.
Verd, Gröne.
Une couleur, Farbia.
Bleu, Blóa.
Gris, Chruwéna.

CHAP. 6.

Des Habits.

UN juſtaucorps, Rock.
La Culotte, Bruchúſa.
Des bas, Netnúſa.
Des ſouliers, Zriwéi.
Un chapeau, Klubuc̀, *où* Klűpe.
Une chemiſe, Kortãl.
Des pantouffles, Duffli.
Des gangs, Runcaweízia.
Un mouchoir, Naſtüc̀.
Du Drap, Saúcnia.
De la toile, Zilói.

Des

Des boutons, Knöpů.
Une broſſe, ſacĩt.
Un habit, Widdíne.
Un habit neuf, neúwa widdíne.
Un vieil habit, ſtora widdíne.
Une epingle, Kleibia ſteícia.
Une aiguille, Scheutneúcia.
Un crochet, Okeídia.
Une agraffe, Ózey.

CHAP. 7.

Du Boire & du Manger.

Du ſel, Suglì.
Du poivre, paprey`.
Du vinaigre, Saurey`.
De l' huile, Olája.
Un torreau, Bóla, *où* Bóala.
Un boeuf, Jeúnatz, *où* Wóal.
Un nerf de boeuf, Klinka.
Une vache, Juliwéicia.
Une vache qui donne du laict, Korwò, *où* Korwù.
Un veau, Tílang.
Un mouton, Sziib.
Un agneau, Wűcia, *où* Wűzia.

Un

Un cóchon, Spetchaï, *où* Schweinanġ.
De la viande, mangſée.
Du veau, Tilangſemangſée.
La queüe, Wapóis.
Du boeuf, Woalmangſée.
Du cochon, Schweinemangſée.
Du roty, Pícina mangſée.
Du boüilly, wórina mangſée.
Un cerf, Deiwa Korwò, *c'eſt à dire, une vache ſauvage.*
Un ſanglier, Deiwa Schweinanġ.
Une lievre, Soÿánſky.
Un chevreüil, Tſchúſa.
Un pigeon, Tſchelumb.
Des pigeonneaux, Melo tſchelumb.
Un coq, Schlépatſch.
Un Chappon, out capũnt ſchlepatſch.
Une poulle, Schlepeytſchia.
Des oeufs, Jujì.
Une caille, Wágala patínatz.
Une perdrix, Tſcheirebótka.
Un oye, Gongs.
Un canard, ſtricia.
Des petits poulets, mola tſcheiran.
Une langue de boeuf, Wòal Jungſic.
Des alloüettes, Ziúrnac.

Un

Un boudin, Pangſtie, *où* Worſtiù.
Du beurre, Móſtie.
Du frommage, ſaroù, *où* ſaróo.
Du lait, Meláuca.
Du fromage de brebis, Wüze ſaróo.
Du fromage de chevre, Tſchüſa ſaróo.
Du lait de brebis, wüz melaúca.
Du lait beurré, móſtie melaúca.
De la ſalade, Salóot.
Une boulie, Srapúnic, *où* munca.
Des pois, Górchey.
Des féves, Boipey.
Du raifort, Chriũn.
Du Pain, Skiaÿbe.
Du poiſſon, Reibó.
Un Brochet, Skieykò.
Une Carpe, Karpe.
Une trüitc, Bundia reibò.
Une anguille, Wunjãr.
Un ſaumon, Las.
De la merlüe, Rociára.
Des harangs, Slickjou.
Des ſolles, Scholiù.
Des ecrevices, Krawáat.
Des aſperges, ſpãrs.
Du boublon, Schemigl.

Des

Des prunes, Schleiwenòi.
Des Ceriſes, Weyſnòi.
Du raiſin, Waineiza.
Des Corintes, Roſingkiey`.
Des poires, Greiſwóy.
Des pommes, Júbka, *où* Jubtchüy`.
Des noix, Frighiey`.
Des noicettes, Leſnefrĩg.
Des framboiſes, Moleyné.
Des fraiſes, Sauneiza.
Des peches Perſéi.
Des prunelles ſauvages, Turnóglia.
Le noÿau Siurnũ.
Des groſelles, Rüba jujadói.
Des concombres, Gurtchey`.
Du miel, Medà.
De l'eau, vóda. } voÿez cap 2.
Du vin, Weina. } voÿez cap 2.
De la bierre, peiwò. } voÿez cap 2.

CHAP. 8.

Des Etats & Offices.

LE Pape, Püp`.
L'Empereur, Tſcheiſar.
Un Roy, Tſchenangs.

Un Prince, Wowóda.
Un Gentilhomme, Tſchenangs; *Les Vandales tiennent leurs gentishommes, pour leurs Roys.*
Un bourgeois, Barchir.
Un Soldat, Moſketéer.
Un Valet, Knéecht.
Une Servante, Deéfa.
Un baillif, Hámman, *où* Aʼbercheid.

CHAP. 9.

Des Arts & Meſtiers.

UN marchand, Tſchéipatz.
Un marechal, Smáde.
Un menuiſier, Snítger.
Un Orfevre, Smaja ſrébrü.
Un boulanger, Pizigunſkie.
Un barbier, Puziarungsi, *où* Wunſey pútzkat.
Un chapellier, Klipoítznia.
Un pécheur, Jaymói raibói.
Un Meunier, Málnic.
Un Tiſſeran, Tócatſch.
Un Berger, Schabar.

Un voleur, Dif, *où* Smácia.
Un ſorcier, Tóblatſch.
Un ennemy, Tzeize.

CHAP. 10.

Des animaux Domeſtiques & Sauvages, des oiſeaux & des Inſectes.

Il faut repeter en partie icy, ce qui a eté dit au Chap. 7.

UN Cheval entier, Engſt, *où* Klípper.
Un Cheval chatré, Out capũnt Engſt.
L' Etallon couvre, Engſt Skúze.
Une Cavalle, Tſchüpóglia.
Un poullain, Schribang, *où* Sríba.
Un chien, piõs.
Un chat, Tſchütóy.
Un aſne, Aſãl.
Un renard, Leiſeítzka.
Un loup, Wútſka.
Un rat, Wilca moïs.
Une ſouris, Möis.
Une grenoüille, Subò.
Un crapaut, Loſeyka, *où* Patten.

Une chauve ſouris, Meyziù.
Une Cicogne, Bútchan.
Un roſſignol, Sloweidia.
Un corbeau, Tſchorna vornò.
Une hirondelle, Loſtoweizia.
Un hibbou, Tiílca.
Une corneille, Mola vornò.
Un oiſeau, Patínatz.
Un ver, Gúdic.
Une chenille, Wuſaneízia.
Un Colimaçon, Maus, *où* Mous.
Une mouche, Maichù.
Un couſin, Maſweícia.
Une mouche à miel, Dſchéla.
Un bourdon, pampîl.
Une araignée, Pójanc.
Une fourmi, Mórwe.
De la Cire, Woſca.
Un poux, Woõs.
Une puce, blóca.
Un Ours, Báar.
Un Lion, Lóve.

CHAP.

CHAP. II.

Des Arbres, Plantes & Fleurs.

UN arbre, Tumb.
La racine, Tſeurĩn.
Une branche, Rőſeka.
Un Roſier, Rűſa.
Un ſureau, Bóſe.
Un orme, Jülmeíwa.
Une Saule, Farba.
Un ſapin, Jódla.
Un aulne, Wilſcha.
Un Ceriſier, Woiſoígna.
Un Chene, Dumb.
Un fraine, Joſéna.
Un Pommier, Jűblün.
Un Poirier, Chreuc.
Un noÿer, Loiſtpícia.
Un tillet, Leypò.
Un fau, Boic.
Un bouleau, Bréſa.
De la ſauge, Salvaja.
Du raifort, Chriűn.
De la rüe, Rűdia.
De l'orge, Janſmin.

De l'avoine, Wűas.
Du blé, Paſinaícia.
Du froment, Róſe, *où* Paſinaícia.
Un eſpic, Riiſa.
De la paille, Strau.
Du foin, Hay.
De l'herbe, Siglia.
Du lin, Lión.

Chap. 12.
De la Parenté.

Un Pere, Eyda.
La Mere, Mámma.
Le fils Sönka, *où* Wódrüc.
La fille, Déerka.
Un frere, Brúdatz.
Une Sœur, Séſtra.
Le grand Pere, Grote wóor.
La grand mere, Grótka.
Un epoux, Brettegan.
Une epouſe, Brüt.
Les nôces, Ródüſt.
Un voicin, Nóber.
Un Etranger, Tojazeúza.
Un heritier, Dédan.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [304] - 295
PUBLIC DOMAIN

CHAP. 13.

De Metaux.

DE l'or, Seýma.
De l'argent, Silber.
De l'acier, Stohl, *où* Eycratína.

CHAP. 14.

Des Batiments & parties d'une maiſon. Conf. Cap. 2.

Une maiſon, Wiſa.

CHAP 15.

Des Meubles & Utenſiles &c.

UN puits, Wungwóol.
Une cruche, Kreuſka.
Un verre, Gloſoù.
Une table, Teiſko.
Une chandelle, Suecia.
Un couteau, Nüs.
Une fourchette, Gobel.
Un plat, Plattéer.
Une aſſiette, taléer.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [305] - 296
PUBLIC DOMAIN

Une chaize, Steyl.
Une decrotoire, Sazýt.
Des Ciseaux, Nüsaitsé.
Un livre, Pöin.
Une balle, Kuwõl.
Un Chaudron, Tschűtlig.
Une tenaille Kleésda.
Un marteau, Omaár.
Un clou, Düst.
Un chrand chaudron, Tschütschóol.
Une poele, Schaubò. *où* Schoubò.

Un panier, Tschütsõr.
Un seau, Wumbérac.
Une broche, Rúsan.
De la braise, Fungley.
Un balay, Métla.
Une pelle, Sippia.
Une lampe, lampoù.
Une cage, Patinsneícia.
Une hache, Sétjar.
Une hachette, Neboízier.
Une sie, Sojaýdia.
Etoupe, Dscholóe.
Une Quenoüille, Kundíglia.
Un roüet à filer, saccódle.

Un

Un miroir, Serriúdle.
Un ſac, Mĩch.
Un lit, Püſtiglia.
Un mortier, Stumpò.
Une charruë, Rottù.
Un traineau, Sonaÿ.
Un caroſſe, Tſchúla.
Une fourche, Weytlóy.
Du godron, Skorneícia.
Un rateau, Grubléi.
Une faucille, Sarpe.
Une faux, Dſchúſa.
Un fleau, Zépoy.
Une boüe, Hacke.
Une beche, Spóde.
Une perche, Stangiay`.
Un rabot, Homãr.
Un filet, Vlooc.
Un ſeran, ſacĩt.
Une broſſe, c'eſt la meme choſe.
Du Papier, Papĩr.
Encre, lodò.
Une plume, Pérü, *où* Peréi.
Une bague, Pórſtin.
Des Quilles, Tſchaglì.
Une epée, Dɛgò.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [307] - 298
PUBLIC DOMAIN

Une canne, Chlunḋ.
Un ſifflet, Fleutù.
Une caiſſe, bumbõn.
Un violon, Giglerkia.
Une Cornemuſe, Pibſac.
Une ſelle, Sedléi.
La bride, Wéyſda.
Les fers de cheval, Pütchi.

Chap. 16.

Des nombres.

Un, janeù.
Deux, Tawói.
Trois, Tarói.
Quatre, tſchütwarù.
Cinq, Pantarů.
Six, Süſtarů.
Sept, Sütmarů.
Huit, Smerů.
Neuf, Diwangtarů.
Dix, Diſangtarù.
Onze, Jadonadůſte.
Douze, Twenazté.
Treize, Treinazté.
Quatorze, Züternótzti.

Quin-

Quinze, Pangtnótzti.
Seize, Süſtnótzti.
Dix ſept, Sütemnótzti.
Dix huit, Wiſſemnótzti.
Dix neuf, Diwangtnótzti.
Vingt, Diſangtnótzti.
Vingt & un, Janeù diſangtnótzti.
Trente, Pültſchübe.
Quarante, Tuian Ziterníſtich.
Cinquante, Panctiſjunct.
Soixante, Schiſtiſjunct.
Soixante & dix, Sibitiſjunct.
Quatre vingt, Wiſſim diſjunct.
Quatre vingt dix, Tewangtnótzti.
Cent, Panſtüge.
Mille, Diſant panſtüge.
Premierement & premier, c'eſt la meme choſe que *un*, & ainſy des autres.

CHAP. 17.

Des adverbes.

Aujord'huy,
Demain,
Apresdemain,
Hier,

Avan-

Avant hier.

Les Vandales expriment ces adverbes par le nom du jour, qui en eſt marqué, par ex. pour dire v. g. au Jeudy, *Hier*, il faut dire *Sréda*, c'eſt ce qui marque le Mercredy &c.

Il y a 8. jours, Sonidélang.
Il y a un an, Wadreutla jüdů.
Dans ſix jours, Süſdanů.
Tous jours, Immertù.
Un peu, Bátche.
Beaucoup, Víle.
Combien, Kuquíglian.
Aſſez, Tujandũſt.
Rien, Tujannütz.
Pas beaucoup, Batchejaṅ.
Mieux, Tejangúnt.
Aſſez bien, Zei wohl.
Par raillerie, Tujan leubů.
D'où venez vous, Wit Kùm jis ẽhr.
Ou allez vous, Kùms is en haid.
Haut, Jo ſarang wóiſic.
Bas, Jo ſarang Kaſimái.
Fy fy, ne dóga.

Chap. 18.

Des Adjectives.

Grand, wildia, *où* wilca.
Petit, móla.
Aveugle, Slèeba.
Boiteux, Klangſe.
Puant, Smarde.
Sauvage, Deiwa.
Mechant, Cheúde.
Galeux, Chúrſdey.
Heureux, Dübretcháal.
Malheureux, Nimial, glücò.
Heureuſe, Dübraſéna.
Pareſſeux, ne dóga.

Chap. 19.

Des Verbes.

Nombrer, Tſchedigne.
Danſer, Plúſat, *où* Plungſat.
Parler, Goien, *où* tſchedrũn.
Babilliarder, Gornang.
Ecrire, Schribiudmùſch.
S' habiller, Weſdéza.

La-

Laver les mains, Runzéi moÿd.
Boüillir, Jiſtwore.
Rotir, Pitſenmangſéi.
Aimer, Leibû.
Ouir, Sléiſöt.
Voir, Sárat.
Dejuner, Brütebûte.
Diner, Jeuſeúna.
Souper, Witſéra.
Cuire du pain, Skiaybon pîtz.
Braſſer de la bierre, Peiwi wóort.
Se baigner, Kumbóza wowadung.
Baiſer, Tſchûber.
Dormir, Sapóteit.
Bruler, Tſchüriſſa witchin.

CHAP. 20.

Des phraſes. Conf. Chap. 2.

Sçavez Vous parler Vandale, Müſes Wénſke góren.
J'ay appris à parler vandale, Jóos woyck wénſkia góren.
Mouchez le nez, Soipâl wois mórgat.
Je veux lacher l'eau, Júzan haid piſſóot.

Je

Je veux aller à la ſelle, Júzan haid cucũd.
Je veux me promener à cheval, Júzan haid ſpazirjud.
Voulez vous vous deſhabiller, Moſa ſáldad.
Qu'avez Vous ſongé, Treémeſch.
Nous avons bu à votre ſanté, Póol Sabüt góome.
A votre ſanté, Tſioól.
Je ſuis votre Serviteur, Dibrüjunc Kadigniúgne.
Tu ne vaut rien, Tu ne dóga.
Comment vous va il, Kukeídjas.
Voulons nous nous marier enſemble? Zíme ródüſt Zeit haìd.
La bierre ne vaut rien, Peiwò ne dóga.
Je ry, Jo Schmiańza.
Tu es à pied, Stóje.
Nous avons froid, Seýma jam'me.
Trouvez Vous cela bon? Smacca ſmùc?
Il peut, Smárde.
Il ſent bon, Ríka ſmùc.
Voulez vous vous baigner? Tſiſa Kumbadeìd.

Vou-

Voulez vous coucher avec moy? Jũs nitz Sobóot.

Mon petit cœur. Samet wa Seywat.

Dieu vous beniſſe, Treis büc.

Bon jour, ou *bon ſoir*, c'eſt la meme choſe.

Il a la fievre, Seymióna.

Voulons nous aller au jardin? Ja judſeid wa wógaart.

Voulez vous manger? Júdſa Káje dajayd.

Je viens de manger, Joós póla aviadey.

J'ay bu, Jóos póla nayóome.

J'ay parlé, Joós dſchédral al.

J'ay danſe, Jóos plúngſal al.

Jeu pleurs, Jóos plokoól.

Nous avons ſifflé, Jútſan fleutúne.

Vous avez chanté, Jus pióol.

Tu ment, Toi lóſeſt.

La bierre eſt bonne, Dübra paiwò.

Ou allez vous? Gums hen.

Grand mercy, Danſko, *où* Sabügóme.

Que faites Vous? Züt & jeütes?

Avez Vous bien dormi? ſapóol güut.

Apportez du ſel icy. Bring juth ſuglì.

Je me porte bien, Ni pũglie mne nutz.

Il

Il eſt malade. Ne dóga nütz.
Tu es mon ennemy. Nicha nóſme nütz.
Je feray cela, Junitza négat.
Je ſuis avare, Ne mam nitz Kavoidógnie.

Hæc ſunt, quæ Ampliſſimus Pfeffingerus benevole mecum communicavit. De Bohemorum, Dalmatarum, Polonorum, Moſcorum & cæterorum Slavorum Dialectis libri evulgati extant plurimi; ſed eos recenſere, noſtri jam non eſt inſtituti. Omnibus Slavorum Lexicographis palmam facile præripiet inſignis vir *Joh Gabriel Sparvenfeldius* in Reg. Maj. Svecicæ aula Ceremoniarum Magiſter, qui Orientalium linguarum cognitione excellit, atque a longo jam tempore in illud incubuit, ut conficeret *Lexicon Slavonico-Latinum*, cujus Specimen jam anno 1692. Innocentio XII. Papæ obtulit. Nicolaus Bergius in Exercit. Hiſt. Theol. de Statu Eccleſiæ & religionis Moſcoviticæ pag. 91. refert, Pontificem cum vidiſſet hoc opus, illud vocaſſe theſaurum & juſſiſſe hujus

ope Missale Romanum in linguam litteralem Slavicam transferri.

Cap. XXXVI.

De Eggelingii Scriptis criticis.

SEd tandem ad Germanos redeundum est, inter quos ab anno 1694. rebus philologicis curam impendit *Jo. Henricus Eggelingius*, Reipubl. Bremensis Secretarius primarius, qui antehac studiis antiquariis inclaruerat. Habemus *ejus mysteria Cereris & Bacchi; Epistolas ad Patinum de Numismatibus quibusdam obscuris; Tractatum de Orbe stanneo Antinoi.* Et plura ex parvo quidem sed rarissimis nummis instructo nummophylacio dare potuisset, si per occupationes alias ipsi licuisset. Anno vero laudato ille Bremæ edidit *De Miscellaneis Germaniæ antiquitatibus Dissertationem primam, quæ est ad locum Taciti Germ. cap. 2. de vocabulo Germaniæ.* Eodem anno prodiit *Exercitatio secunda, quæ est ad loca Taciti Germ. c. 35. & Pli-*

Plinii lib. 16. Sect. I. de Caucis. Anno 1695. excusa est *Exercitatio tertia, quæ est ad Cl. Ptolomæi Geogr. l. 2. c. 11. & Tabul. Europæ 4. Phabianum.* Anno 1700. comparuit in publico *Exercitatio quarta, quæ est de Wicbilethо*, & eodem anno emissa est *Exercitatio quinta, quæ est de statuis Rolandicis.* Ex omnibus eruditio atque ingenium viri Amplissimi non vulgare elucent. Radices verborum ubique curiosè investigat, atque ex ultima antiquitate deducit.

Cap. XXXVII.

De Schilteri studio circa origines linguæ nostræ.

Non diu post hæc *Johannis Schilteri*, JCti apud Argentinenses celeberrimi diligentia in conquirendis & explicandis monumentis, & legibus Germanorum enituit. Dedit is nobis non unas difficiles locutiones expositas in *Praxi Juris Romani in foro Germanico*, cujus tertia editio novis accessionibus auctior cura & studio Ephraimi Gerhardi cum

commentatione de B. Autoris vita & ſcriptis tam editis quam edendis ab hæredibus Matthiæ Birkneri Bibliopolæ Jenenſis promittitur in Catalogo Nundinarum Vernalium Lipſienſi hujus anni 1710. Sed amplius linguæ noſtræ anno 1696. conſuluit editione *Epinicii rhythmo Teutonico Ludovico Regi acclamati, cum Normannos an DCCCLXXX. vicisset*, quando iſtud ex Codice MSto Monaſterii Elnonenſis ſive S. Amandi in Belgio per Jo. Mabillonium deſcriptum obtinuiſſet. Interpretatio Latina verba Germanica preſsè exprimit, & additæ notæ veras plurium vocum origines & ſignificationes, ritus item veteres feliciter detegunt. Eodem anno Argentorati prodiit, cujus jam ſupra meminimus, *Codex Juris Alemannici feudalis, prout is in Comitiis Noricis anno 1204. autoritate imperiali publicatus* fuit, latinitate donatus à *Joh. Schiltero*; Acceſſit Præfatio de ejusdem origine, uſu & autoritate, itemque commentarius, quo hoc jus Feudale cum communi ſive Longobardico & Saxonico confertur, explicatu

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [318] - 309
PUBLIC DOMAIN

plicatur, & rebus judicatis confirmatur. Anno deinde 1698. lucis auras adſpexit Germanico pariter idiomate veteri *Chronicon univerſale & Alſaticum Jacobi de Konigshoven Presbyteri ad D. Thomæ Argentorati, nunc primum editum, ex MStis & obſervationibus Hiſtoricis illuſtratum.* Utrique libro ſelectas, occaſione data, notulas etymologicas interpoſuit. Eodem anno vir egregius, Specimine Argentorati edito, nobis promiſit *Theſauri antiquitatum Teutonicarum tomos tres.* In quorum *primo* exhibiturus erat Scriptores vetuſtos Eccleſiaſticos, qui veteri idiomate Francico aut Alemannico de rebus ſacris ſcripſerunt, aut Scriptorum Latinorum translationes Teutonicas vetuſtas. Erant hi

Otfridi Volumen Evangeliorum: Circa A. C. 870. ſcriptum: à lacunis & innumeris mendis, quibus ſcatet Flacii Illyrici editio Baſilienſis, liberatum. Translatione Latinâ & Notis illuſtratum.

Notkeri Paraphraſis Pſalmorum circa A. C. 1020. Nondum edita, translatione Latinâ Notisque ornata.

Canticum Canticorum in utraque dialecto, Francica & Alemannica, cum Paraphrasi Willerami, &c. Circa A. C. 1070.

Fragmentum Translationis vetustissimæ libri Isidori Hispalensis contra Judæos. Circa A. C. 700.

Translatio Epistolæ Rabbi Samuelis oriundi de civitate Regis Marochiani circa A. C. 1070. Ad Rabbi Isaacum, de Religionis Christianæ veritate. Circa A. C. 1459.

Index Evangeliorum Dominicalium & Festivalium Veterum Teutonum. Circa A. C. 700.

Kalendarium Alemannicum Vetus. Circa A. C. 1200.

Collectio Catechetica veteris Ecclesiæ Teutonicæ cum Latina translatione & Notis diversæ ætatis.

Rhythmus colloquii Salvatoris cum Samaritana. Circa A. C. 800.

Te Deum laudamus Teutonicum vetus.

Rhythmus de S. Annone Archiepiscopo Coloniensi, cum Latina translatione & Notis. Circa A. C. 1080.

Hi-

Historia Lombardica.

Rbythmus in Laudem B. Mariæ Virginis.

Speculum Animæ, Seelen-Spiegel.

Rbythmus de Verbis quæ S. Maria ad Crucem dicere potuerit.

TOMUS II. continere debuit:

Legis Salicæ editionem priorem, ab Heroldo primò editam, nunc cum Codice MS. Biblioth. Regiæ collatam & præfatione atque Notis ornatam, quibus prisca linguæ Francicæ vocabula contra Wendelini figmenta explicantur.

Jus Alemannicum Provinciale.

Fragmentum Capitularium Caroli M. quæ extiterunt in Bibliotheca Trevirensi, inde translata adhuc integra inquirantur.

Fragmentum de bello Caroli M. contra Saracenos in Hispania.

Poëma de eodem integrum, sed paulò recentius.

Ditrich von Bern.

Heldenbuch ex MS.

Parænetica à Goldasto edita, sed recensita & aucta.

Mandevit Itinerarium.

Melusinæ Geschicht.
Vom Pfaffen Amis.
Thurnierbuch.
Carmen amatorium. Et si qua alia.

TOMUM III. confecturum erat *Glossarium ad Scriptores Linguæ Francicæ & Alemannicæ veteris, in quo*, ut ipsa Schilteri verba habent, *Vocabula & formulæ, obsoletæ aut obscurioris significationis aut usus rarioris, Alemannica & Francica imprimis, sed & Gothica, Anglo-Saxonica, Cimbrica, Longobarduca, ex vetustissimis, quæ haberi potuerunt, tam editis, quam MSS. libris, Legibus, Statutis, Chartis & Documentis, ad res divinas pariter & humanas pertinentibus, explicantur, origines & variæ significationes reteguntur: Leges, Mores & Antiquitates Teutonicæ recensentur & explanantur. Præmissa Præfatione de origine linguæ Celticæ & discrepantia ejus à Scythica: adductis eam in rem & illustratis præcipuis locis ex Scriptoribus Græcis Latinisque.* Opus eruditissimum & nunquam satis deprædicandum nacti fuissemus, nisi autorem de publico bono meritissimum

mum

mum, antequam typis illud ſubdi poterat, mors nobis ſurripuiſſet. Latet igitur quidem hactenus Theſaurus iſte, ſed ſpes eſt pace orbi reſtituta, fore aliquem, qui luci eum exponat.

CAP. XXXVIII.

De libris criticis Friſchii, Meiſneri, Palthenii & Hartii.

POſt Schilteri obitum totum ſe Germanicæ linguæ Originibus inveſtigandis conceſſit *Johannes Leonhardus Friſchius* Gymnaſii Berolinenſis Sub-Rector, vir in hoc ſtudiorum genere non parum verſatus, uti hoc nobis apparet è Specimine, quod Berolini hoc ſub titulo prodire fecit: *Unterſuchung des Grundes und Urſachen der Buchſtab-Veränderung etlicher Teutſchen Wörter, welche denen hohen Beſitzern der hierzu dienlichen Mittel, abſonderlich der benöthigten Bücher, auch andern Liebhabern der Sprachen, als eine geringe Angabe und Muſter chen, als eine geringe Angabe und Muſter von einem groſſen vorhabenden Werk, zur gnädigen Beförderung und gelehrten*

Prüfung, demüthig und geziemend überreichet. Idem Frischius eodem, quo hæc edimus, anno, Miscellaneis Berolinensibus pag. 60. sqq. *Originem quorundam vocabulorum Germanicorum & cum aliis linguis affinitatem* inseruit, ubi præcipuè vocem *adler* sibi declarandam sumsit. Quod si majus opus Etymologicum, cui insudare eum intelligo, lucem aliquando viderit, maximo id usui esse poterit prudentioribus linguæ cultoribus.

Anno 1705. *Christianus Meisnerus*, Hernstadiensis Silesius, Wittebergæ *Silesiam loquentem* disputatione publica proposuit, in qua de Silesiorum veterum & hodiernorum loquela, deque Scriptoribus eorum Germanicis non inelegantер differit, & tandem peculiarem tabulam *de singularibus dialectis Silesiæ*, sive, ut vulgo loquuntur, *de Silesiasmis* subjecit.

Sequenti anno *Jo. Philippus Palthenius*, Regius apud Grypswaldenses Professor, quod Bonaventura Vulcanius, Franciscus Junius, Marquardus Freherus,

Jo.

Jo. Schilterus, aliique ſibi fruſtrà propoſuerant, edidit *Tatiani Alexandrini Harmoniæ Evangelicæ antiquiſſimam verſionem Theotiscam* è MSto Juniano, quod forte idem eſt, cum illo, quod poſſedit olim Jo. Iſaacius Pontanus. Aliud exemplar vetuſtiſſimum apud Lingones in Bibliotheca Capituli aſſervatum fuiſſe Joh. Tilius in Gallico libro, cui titulus *Recueil des Roys de France* fol. 3. nobis indicat. Verba ejus ſunt: *En la librairie du Chapitre de Langres, il'a un fort vieil livre des Concordances de quatre Evangiles, ayant en une page le latin & en l'autre la traduction en vieil bas Aleman, que les anciens François apporterent en la Gaule par eux conquiſe.* Palthenius editioni ſuæ addidit præterea *Iſidori Hiſpalenſis ad Florentinam ſororem de Nativitate Domini, paſſione & reſurrectione, regno atque judicio libri eadem lingua converſi fragmentum*, quod ex Codice Bibliothecæ Colbertinæ ob antiquitatem venerando, ſeculo nimirum VII. ſeu Merovingico exarato, qui olim Petri Pithœi fuerat, ab illuſtri Baluzio ipſi conces-

ceſſum fuit. Ejusdem Fragmenti vetuſtiſſimi aliud apographum nitide deſcriptum, cum audiviſſet me quoque linguæ Germanicæ illuſtrandæ operam dare, eodem, quo à Cl. *Palthenio* edebatur, tempore benevole ad me transmiſit ὁ νῦν ἐν ἁγίοις *Jo. Nic. Hertius*, JCtus & Anteceſſor Giſſenus celeberrimus. Differt hoc in locis non paucis ab Orthographia Palthenianæ editionis, ejusque etiam quasdam lacunas feliciter explet. Exempli cauſa, quod paginâ 239. lin. 2. inter verba hæc *Dhuo ir - - - da dhar uuar ih*, deeſt, ita redintegrat: *Dhuo ir himilo garuuiſta, dhar uuar ih.* Quo preſsè exprimuntur textus hæc verba: *Quando præparabat cœlos, aderam. Garuuiſta* eſt idem ac *præparabat*, nos Saxones diceremus *garuuete*, Germani ſuperiores *gerbete*, à verbo *garwen, gerben, præparare*, unde derivatur *ein gerber, coriarius, coriorum præparator*, qui aliàs etiam appoſite nobis dicitur *ein Leder-Bereiter*. Pag. ead. lin. 13. *Suchhant* veteri orthographiæ convenientius in noſtro Exemplari ſcribitur *ſuohhant*; litera enim

enim *c* ante *h* olim ſemper omittebatur. Pag. 240. lin. 20. pro *noh* legendum eſt *joh*, quod eſt noſtrum *auch*, *atque*, *etiam*. Pag. 243. pro *ſagheen* ſcribitur *ſagheten*. Eadem pag. lin. 24. pro *ſuohhen dhea nu*, ponitur *ſuohhen dheti nu*, rectius opinor. Pag. 244. pro *huueo* legitur *huues*. Pag. 246. lin. 6. pro *ſamanthapta* Hertianum Exemplar habet diſtinctius *ſamant hatta*. Eadem pag. lin. 15. pro *chicomnoda* exaratum eſt *chiſamneda*, quorum tamen utrumque hic locum habere poteſt; prius enim ſignificat *venient*, & poſterius *congregabuntur*; atque ex hoc corruptum eſt noſtrum *ſamlen*, quod olim accuratius *ſamnen* pronunciatum eſt. Eadem p. lin. 17. pro *dhir* ponendum *dhin*. Pag. 247. pro *dhrio heideo* extat *dhrioheide*. Ibid. lin. 9. pro *dher* melius *dhes* & lin. 26. pro *deile* legitur *dher*. Pag. 248. l 5. verbis *Saar after offono* inſeritur *dhar*, hoc modo: *Saar dhar after offona* &c. Pag. 250. lin. 17 pro *Zeruua* legendum eſt *Zeſuua*, hoc eſt, *dextra*. Pag. 253. lin. 12. pro *untazs* ſcriptum eſt *Uiitazs*, ex quo contractum eſt noſtrum *biſs usque*,

uti

uti ex *untazs* ejusdem significationis, vocula *untz* apud Suevos adhuc usitata. Pag. 254. pro *Huuer* extat *Huues*. p. 259. Lacuna illa *endhi dhazs mit ang - - firleizſſi* optimè sic suppletur: *endi dhazs mittingardi firleizſſi*; hoc est, *& ut mundus omittat*. Pag. 260. pro *uuedheru* invenitur *huuer dheru*. Pag. 262. lin. 14. verba aliquot descriptori exciderunt, ex nostro Apographo ita supplenda: *dhaz ir in ſines edhiles fleiſche quhoman ſcolda uuerdan. In dheohe iſt chiuuiſſo zi firſtandanne*, &c. Latinè: *quod ſit in carne ſua venturus. Per femur eſt certo intelligendum* &c. Pag. 263. pro *bidinit* legitur *bident*, h. e. *exſpectans*; à verbo *biden, beiten, exſpectare, manere*, quod etiam in illis Cantici veteris verbis: *Und mag nicht länger beiten*, occurrit. Unde derivatur *bidel* sive *büttel*, *manſio*, quæ vox supereſt in *Wolfenbüttel*, *Eiſenbüttel* (h. e. *Guelfonis*, *Iſonis manſio*) & reliquis. Sed hæc de Lectionibus variantibus Apographi Hertiani & Paltheniani in specimen selegisse sufficiat. Versionis Tatiani editioni apposuit etiam Clarissimus Pal-

Palthenius *Fragmentum Veteris linguæ Theotiscæ*, quo continetur *Colloquium Christi cum Samaritana*, à Lambecio in Bibliotheca Vindobonensi productum, & probabili doctissimi viri conjectura restitutum atque emendatum. Omnibus vero veteribus his linguæ communis monumentis annotationes eruditas partim ex Junianis schedis decerptas, partim vero ex propria penu criticâ depromptas adsperſit, eo consilio, ut gratum faceret iis, qui antiquitatibus Germanicis oblectantur, tum etiam ut vernaculæ nostræ integritatem vindicaret. Benè enim ipsi est, quod tandem aliquando Germanos peregrini sermonis, quo exornare aut locupletare nostrum nequicquã aggressi erant, tædium ceperit. Et statuit omnino eos, qui inopiæ nostræ sensu id fieri putantes in effingendis novis vocabulis operosè satis per aliquod tempus elaboraverint, non potuisse non ludibrium debere cordatioribus. Reliquum itaque ipsi videtur, ut antiqua probæ notæ vocabula, quæ in aliquam desuetudinem majorum oscitantia deduxit,

xit, in usum revocemus; & vanum esse dicit, de ea, quam quærimus, dictionis Germanicæ elegantia cogitare, nisi de proprio verborum significatu certi simus, quod quidem rectiùs tutiusque quam in consilium adhibitis veterum scriptis, fieri vix possit. Promisit nobis Clariss. Palthenius *Glossarium Vandalicum*, sive Lexicon vocum in Pomerania & vicinia ejusdem usitatarum; sed, ut invitus hoc ipso momento audio, huic aliisque utilibus laboribus immortuus est vir longiori vita dignissimus.

Anno 1707. *Hermannus von der Hart*, Præpositus Mariæbergensis & Linguarum apud nos Orientalium Professor, Collega meus plurimum honorandus, typis Helmstadiensibus edidit *Epistolam* ad *Mart. Luc. Schelium J. V. Doct. de Germana Polizzæ origine* & sequenti anno Fabulas *Phasianam*, *Noctuamque* & *Textorem*. In quibus omnibus ipsi etymologicæ rei, quam pleræque fabulæ matrem agnoscunt, vacare & quanto ingenio polleat, ostendere placuit. Quod si ea, quæ de linguarum cognationibus gen-

gentiumque migrationibus jam diu meditatus est, aliquando prodibunt; in his etiam plurima hactenus indicta fore dubitamus nulli. Exhibuit enim jam quoddam sententiæ suæ specimen in modò nominatâ Epistola de Polizza, dum ibi omnis Europæ incolas veteres & recentiores, Græcos etiam & Latinos à Scythis Celtisque & Gothici generis hominibus deduxit. Addit porrò Scythas per Tanaitica ostia & Caucasias portas in Colchidem, Albaniam indeque Armeniam totamque ferè Asiam prorupisse, & semina generis sparsisse: Quæ Celtarum Germanorumve veterum, peregrinandi & præ fœcunditate atque populosa progenie laborisque pertinacia longè lateque se diffundendi solers & armata consuetudo, omnibus tandem laudatis terris populisque linguam ingeneraverit Celticæ aut Germanicæ sobolem. Græcam certe, ipsius viri doctissimi verbis utor, ingentem copiam Celtis & Germanis debere, non solum res ipsa docet, sed & fusè prodidêre viri inclyti, qui omnem

ferè Græcam linguam ex avita noſtra, genuino velut fonte, derivare anniſi. Longa vero ætas & agnatorum populorum diſtantia, ſenſim difformem induxit ſonum, miſcuitque nova. Ut aliena videantur imperitis poſteris, quæ proavis erant propria. Sic Itali, Celtica priſca ſeges, infinitas ut ſanguinis ita oris Germani ſervarunt reliquias, quæ ex Græcia accedentibus novis coloniis & Latinam Linguam Celtico novo ſemine locupletarunt, ut, ſicut Latina lingua Græcæ jure audit filia, ita utraque Germanicæ ſit neptis. Quæ prædulcis illarum harmonia. Nec Hiſpanos, Latinis affines, à Celtico ore abhorrere, Gallos præcipuè nobis propriores, Germanam matrem neutiquam ignorare, illi fatentur, qui totius Galliæ oris formam primigeniam, verè Celticam Germanamve aſſeverant, Latinæ farraginis expeditionibus Romanorum adſperſæ, copiâ interpolatam.

CAP.

CAP. XXXIX.

De Lexico linguæ Germanicæ Etymologico, quod ipse molior.

HActenus vero recensui Scriptores, qui vel ipsi in eruendis Germanicarum vocum originibus desudarunt, vel etiam alia quæcunque cultoribus rei Etymologicæ apprime inservientia ediderunt. Apparet inde, ex tot eruditissimis viris, qui *Lexici Etymologici Teutonici* conficiendi curam in se susceperunt, ne unicum quidem fuisse, qui colophonem cœpto operi apponere potuerit. Restat ergo, ut Rempublicam Literariam de meis quoque molitionibus certiorem reddam. Qui enim a primis pene ungviculis me historiæ atque antiquitatum patriarum disquisitioni totum addixi, ac studiis Academicis Lipsiæ absolutis, postea per decennium & quod superat Illustri Leibnitio in Historia Sereniſſimæ Domus Brunsvico-Luneburgicæ colligenda o-

peram collocavi, tandem vero a Sereniſſimis Academiæ Juliæ Nutritoribus, Dominis meis Clementiſſimis, nobili Hiſtoriarum Profeſſioni ante hos quinque circiter annos admotus fui; horis ſubſecivis hactenus hoc præcipuè egi, ut ex veteribus chartis atque autoribus, plurimam partem nondum editis, rationes Vocum Germanicarum genuinas inveſtigarem. Neque operæ inſumptæ adhuc me pœnitet. Hoc enim modo in hiſtoria & antiquitatibus noſtris obſervavi non pauca, quæ aliàs latuiſſent: rituum variorum, quorum Germania vetus & media tenax erat, cauſas hactenus ignotas clariſſimè perſpexi; & præterea de migrationibus gentium certior[a], quam alii, pronunciare potui. Patuerunt etiam mihi veræ difficiliorum verborum in Legibus veteribus & Capitularibus Francicis, nec non in Juris publici feudalis & ſtatutarii ſcriptoribus paſſim obviorum ſignificationes, quas apud Cangium & cæteros Gloſſographos fruſtra ſæpe quæſiveram; & tantum non ubique offendi, quæ noſtri ho-

homines magno ſuo cum damno huc usque non obſervaverant. Unde *uſum & præſtantiam Etymologicæ rei* non potui non peculiari diſſertatione commendare. Et calcar addidit mihi hac in re occupato adhortationibus ſuis gratioſiſſimis Illuſtris atque Excellentiſſimus Dn. *Andreas Gottlieb de Bernſtorf*, Sereniſſimi Electoris noſtri Primarius Status Miniſter & Conſiliarius intimus, bonarum artium fautor & promotor æterna laude memorandus. Nec Illuſtris item atque Excellentiſſimus vir, *Philippus Ludovicus Probſt de Wendhuſen*, Sereniſſimi Ducis noſtri primarius Status Miniſter ac Cancellarius, inſtitutum hoc meum improbavit. Illuſtris vero *Godofredus Gvilielmus Leibnitius*, Sereniſſimi Electoris noſtri Conſiliarius intimus atque Academiæ Scientiarum Regiæ Berolinenſis Præſes celeberrimus, cui Matheſis & hiſtoria media præcipuam fere lucem hoc tempore debent, & cujus effigiei ære expreſſæ hoc olim Epigrammation ſubſcripſi :

Aſpice, quem nobis peperit Germania mater,
Cui par viderunt ſecula nulla decus.
Nec tibi in immenſo verum jam finge profundo:
Nam tenet hic veri quicquid in orbe latet.

Illuſtris, inquam, hic vir non conſiliis tantum ſuis atque monitionibus, verum etiam variis monumentis antiquis ſuppeditatis bene de me voluit mereri. Manuſcriptos item codices & libros rariores nec non quasdam meditationes proprias communicaverunt, & partim benevole promiſſa communicaturi adhuc ſunt mecum Viri ſumme Reverendi, Amplisſimi atque Clarisſimi, quorum nomina juxta literarum initialium ſeriem, ut ſpeciem animi grati exhibeam, ſubdere placet. Sunt autem illi: *Jo. Anderſonius*, Reipublicæ Hamburgenſis Syndicus; *Pancratius Bendlerus*, Canonicus Regularis S. Auguſtini & Monaſterii Hamerslebienſis Cellerarius; *Otto Chriſtianus Coch*, Serenisſimo Duci noſtro à Conſiliis; *Jo. Henricus Eggelinus*, Prima-

marius Reipubl. Bremenſis Secretarius; *Jo. Fabritius*, Abbas Regio-Lutheranus, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Scholarum Serenisſimi Ducis noſtri Inſpector generalis; *Jo. Albertus Fabritius*, SS. Theol. D. & Profeſſor in Gymnaſio Hamburgenſi; *Laurentius Hertelius*, Sereniſſ. Duci noſtro à Conſiliis & Bibliotheca; *Nicolaus Hertius*, Anteceſſor Gieſſenus, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις; *Gerardus à Maſtricht*, Reipubl. Bremenſis Proto-Syndicus; *Jo. Chriſt. Neu*, Hiſtoriarum apud Tubingenſes Profeſſor; *Jo. Frid. Pfeffingerus*, Academiæ Equeſtris Luneburgicæ Inſpector; *Diedericus von Stade*, Secretarius Conſiſtorii Regii Stadenſis; *Ehrenfried Waltherus de Thſchirnhauſen*, Conſiliarius Cameræ Regiæ Poloniarum Majeſtatis, cujus defuncti nomen Mathematum cultoribus perpetuo ſacrum eſſe debet; & *Rupertus Ver-Bockhorſt*, Præpoſitus Monaſterii Ludgeriani prope muros noſtræ urbis. Ex Collegis quoque meis omni honoris & amicitiæ cultu proſequendis & libros non ubivis obvios & MStos quosdam Codices ex lectis-

ctisſimis Bibliothecis ſuis ſubinde mihi conceſſerunt utendos Viri ſummè Reverendi atque Amplisſimi, *Jo. Andreas Schmidius*, Abbas Marienthalenſis & Profeſſor Theologiæ Primarius; *Jo. Werlhofius*, Conſiliarius Sereniſſ. Ducis noſtri & Anteceſſor primarius; *Brandanus Meibomius*, Medicinæ Profeſſor; *Hermannus von der Hart*, Præpoſitus Cœnobii Marienbergenſis atque Orientalium Linguarum Profeſſor; *Juſtus Chriſtophorus Bœhmerus*, Politices & Eloquentiæ Profeſſor, & *Cornelius Dietericus Coch*, Logices & Metaphyſices Profeſſor. Ego omnibus & ſingulis hoc loco, mente devotâ, gratias, quas poſſum, maximas ago habeoq;, relaturus easdem ſiquidem occaſio faverit. Eosdem vero nec non omnes alios, qui bonis ſtudiis favent, oro atque obteſtor, ut porro quoque de promovendis hisce meis laboribus cogitare benevoli velint. Utor veteribus Gloſſariis librisque Theotiſcis, & Saxonicis atque Septentrionalibus, hoc eſt Islandicis, Danicis & Svecicis; Diplomatibus item varii generis, Actis publicis

& Sta-

& Statutis locorum antiquis. Et quicquid horum mihi fuerit transmissum, hoc nominatis semper Fautoribus meis suo loco citabo. Quodsi cogitationes quoque proprias de origine quarundam vocum Germanicarum mecum communes esse vellent Fautores optimi, hoc illi suum beneficium non in ingratum collocabunt.

De methodo, quam in concinnando *Lexico Etymologico* observo, mea hoc brevibus teneas, Benevole Lector. Digessi omnia Germanicæ linguæ vocabula usitatiora, quorum radices investigandæ sunt, secundum ordinem, quem vocant alphabeticum. Observo ex editis & MStis codicibus variam eorundem vocabulorum scripturam per secula diversa, à proximis semper ad remotiora adscendendo; Deinde dialectos singularum provinciarum Germanicarum, nec non Belgicam, Frisicam, & magnæ Scandinaviæ, Anglo-Saxonicam item veterem & Gothicam in auxilium voco. Tandem, si opus est, confugio ad Celticam veterem, Græcamque & Latinam linguas, quas cum Germanica arcte

convenire, plurimasque radices apud nos deperditas conservasse, viderunt jamdudum viri insignes, qui accuratiorem de gentium migrationibus notitiam sibi compararunt. Sub oculis etiam nunquam non habeo regulas Claubergianas & Praschianas supra laudatas, aliasque, quas mihi ipsi formavi, alibi commemorandas. Atque ita genuinæ vocum origines plerumque se ultro mihi offerunt, non ex ingenio, qui mos veterum Etymologorum fuit, effictæ; sed ex ipsa rerum naturâ (quam pleræque Germanicæ voces exprimunt) necessario fluentes; quarum ope deinde non parva, uti jam monui, antiquitatibus & ritibus historiæque cum veterum, tum mediorum Germanorum, juribusque nostris publicis & privatis lux infertur. Debebunt autem mihi non parum Itali, Galli atque Hispani, qui plura vocabulorum millia à populis Germanicis, terrarum istarum quondam Dominis, tenent, quorum post tot secula mirè deformatorum proprium sensum ii hactenus non intellexerunt atque ob ignorantiam linguæ

guæ noſtræ in Græcis Latinisque ſcholis & erronee & fruſtra quæſiverunt. Quo autem lectu non jucundior ſolum, ſed etiam utilior fiat liber meus, eidem copiam rerum ſelectiſſimarum ex hiſtoriæ antiquæ & mediæ penu depromtarum paſſim interſpergo, quibus verba ipſa illuſtrantur atque explicantur. Neque occaſione data prætereo verba veterum Legum, Capitularium & Statutorum provincialium urbanorumque difficilia, ſed omnia ita explico, ut nemo prudens de vera eorum ſignificatione dubitare poſſit amplius. Licet vero voces in Germania uſitatas ex Germanica lingua derivare prima mihi lex ſit, non tamen omnes ſine diſcrimine ex eadem arceſſo. Tranſierunt enim ad nos quædam a Romanis & Græcis, aliæ ab Italis & Gallis, nonnullæ a Slavonicis populis, Germaniæ olim magna ex parte cultoribus, quas omnes diligenter a ſe invicē diſtinguo & quaslibet ſua ex lingua deduco. Nomina hominum & locorum propria initio rerū appellativa, ut vocant, fuiſſe, certa virorum doctorum eſt ſententia; unde & ho-

horum significationes pro viribus e nostra, ut & Slavonica Lingua in medium affero. Quod si omnia in summam colligas, magnum opus est, fateor, quod paro: Sed vegeta mihi adhuc necdum tot curis ac laboribus fracta valetudo: & supellex litteraria ad hanc rem necessaria talis, qualem apud paucos fortassis reperias. Experior Mæcenates Serenissimos patriæ Patres & favebunt quos patrii decoris & honestorum studiorum amor tangit: tandem


Nil desperandum Jovâ duce & auspice Jovâ.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [343] - -
PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 56, [344] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [345] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [346] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [347] - -

PUBLIC DOMAIN


GWLB Hannover
036 854 514
35

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [348] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [349] - null

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 56, [350] - null
PUBLIC DOMAIN